



Dv 1610





ANTONII

MIZALDI MONLYCIANI

Zodiacus, siue duodecim Signo-
rum cæli Hortulus: libel-
lis tribus concin-

natus.

Ad Franciscum Oliuarium
Franciæ Cancellarium.



PARISIIS,

Apud Carolam Cuillard, sub sole aureo, via ad diuum Iacobum.

M. D. LIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ΑΝΤΙΟΝ

ΜΙΣΑΛΙΔΙ ΜΟΝΕΥΣΙΑΝΙ

Σοφιστικῆς ἰστορίας

ἑκ τῆς ἀρχαίας

ἱστορίας

ἑκ τῆς

Μετεωριζόμενος.

Cœlestis cœlum, terram terrenus anhelat:

Præsidet huic Pluto : Iupiter illud habet.

Ἐκ τῶν οὐρανῶν ὁ κλεῖς.

PARISIIS

chez la Citoyenne, Palais National, ci-devant des Arts, ci-devant de la Librai-

rie de la Nation, ci-devant de la Librai-

rie de la Nation, ci-devant de la Librai-

ORNATISSIMO VIRO

Francisco Oliuario Franciæ Can-
cellario, Antonius Mizaldus
Monlucianus.

S. P. D.



*V*m ego à medicis & mathemati-
cis autoribus, ornatissime Cancel-
larie, nuper ad Græcarum histo-
riarū scriptores, animi gratia, me
conferre, forte fortuna in Herodotū
per commodè inciidi: apud quē ma-
gna cū voluptate adnotavi Ama-

sim Aegyptiorum Regem prudentissimum, olim suis le-
gē dedisse vt quotānis apud prouinciæ Præsidem vnus-
quisque ocij, ac vitæ rationem redderet: demonstraret-
que vnde viveret, & quo quæstu sustentaretur. Quod qui
facere detrectaret, presentem pœnam agnoscebat. Legem
eam postea ab Aegyptiis Solonem ad Athenienses, &
virsū ab his Censorium Catonem ad Romanos trans-
tulisse; ibidem in animum reuocavi meum: exemplo sanè
omnibus non dicam regnis & prouinciis, sed etiam vr-
bibus singulis, ac viculis magnopere imitabili, & sum-
mè observando. Cui hodie si locus aliquis daretur, sceli-
citer cum rebus humanis ageretur. Nam quisque in offi-
cio esse satageret, ac artem aliquam tractare meditave-
tur, quâ se à pœna solers eriperet, ac inopem vitam se-
dulò defenderet. Vnde, vel tantillum commodi hinc saltè
emergeret, quòd in alienas possessiones, imò verò in vitâ
omni possessione cariorè (sublata è media hominū vni-
uersi-

A ij uersi-

ueritate quavis inertia, scelerum quorumcumque al-
trice ac parente) sacra nescio qua auri fame, tam frequen-
tes non struerentur insidia: nec esset, ut est in prouerbio,
homo homini lupus. δ ter, quaterque beatas Respubl. in
quibus tam sancta lex aliquando vigebit? δ seculum ve-
re aureum, in quo Reges, Regumque $\sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\lambda\omicron\iota$, in hac tã
proba incumbunt studia: vetusque institutum nouum fa-
cere aggreditur? Sed quorsum raptor? ad me redeo. Cum
itaque in hanc Herodoti historiam verè auream incidis-
sem, mearum partium esse duxi, hoc nouo inuente anno
(ac si lex illa Amasina hodie locum haberet) ocij, vitãq;
meæ rationem apud te reddere: qui per vniuersum Gal-
liæ regnum, longè latèque fufum, nedum in certa aliqua
eius prouincia, summus Cancellarius haberiis, & Preses
omnium supremus. Itaque, quia quam quisque nouit ar-
tem in ea & se exercere, & illius specimen tuò adere po-
test, ex duabus artibus (medica, in quã, & astronomica)
quarum gustum qualemcumque sua benignitate imperti-
re mihi dignatus est largitor ille bonorũ omnium Deus
Opt. Max. postremam hic (nam vtrãque coniunctim
alibi) exornandam & illustrandam mihi proposui. Ex
cuius hortulis, etiam media Bruma vernantibus, floscu-
lum hunc tibi hodie concinnare nihil sum cunctatus: tibi,
inquam, què philosophiæ cœlestis, imò vero $\mu\epsilon\lambda\eta\mu\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\upsilon$
omniũ apprime studiosum esse, & noui & audiui. Verũ
enimvero, cũ dicti flosculi, & papiracei munusculi tenui-
tatem, cum sublimitatis tuæ gradu cõpono, animus sanè
meus in diuersa rapitur: adeo, ut de mutãda senectia, &
euertere cõsilio rationẽ secũ iure ineat. In quo dũ anxius
hæret, ecce illi peropportunè, ceu Deus quispiam ex im-
proviso (quod dicũt) occurrit, vir doctus æquè, ac huma-
nus

nus, ANTONIVS MINARDVS in supremo
Parisiensi Senatu Præses integerrimus, nostrorumq; Bor-
boniorum decus singulare, & tuarum virtutum, tuique
candoris prædicator constantissimus: apud quem dum
instituti mei summam expono, subrusticum pudorem meū
insigniter obiurgat: dicitans te eum esse ad quem per-
faciles aditus pateant: quique oblatas eruditorum lucu-
brationes vltro excipias, etiā quantumvis exiguas: nec
vllum à tuo conspectu excludas, ac tristem abire sinas.
Que dum audirem, ex timido audetior ilico sum factus:
quem enim tanti viri vox non excitet? Cæpi itaque Zo-
diographicam hanc meam lucubratiunculam, superio-
rum mensium noctibus aliquot præcipitatā verius quàm
elaboratam, incudi vtcumque red dere: vt in tuo nomine
sub initia huius noui anni, φιλίας πομπῆς omnibus ex-
cunderetur. Hæc si quispiam de corpusculo, & mole sanè
quam exigua expendere volet ac metiri, per pusillum o-
pusculum, & munus valde tenue esse dicet: si de rebus
quas describit, summè diuinū, sublime, magnum, ac pre-
tiosum indicabit. Nos ibi cælorū Signa duodecim, suis
coloribus paucis illustramus: nihil omittentes quod de
illis dici possit, si Zodiacum eorundem vectore & au-
rigam spectas: quem Aristoteles propter diuinam ipso-
rum Signorum energiam, mortis & vitæ circulum appel-
lare nihil veretur. Id autem argumenti eò libentius tra-
ctandum sumpsimus, vt fidem ex nostra Cosmographia
haud ita pridè lectoribus datā, opportunè liberaremus.
Reliqua ibidem à nobis promissa intra dies aliquot
(aspirate Domino) expedituri sum⁹, modò hæc vt prio-
ra, doctis & bonis placuisse intellexerimus. Planetas
dico, siue Planetarum collegium, & Asterismos, ceu stel-
A ij latam

latam ex propriis imaginibus octava sphaera Syluulã.
Quae omnia tam facili methodo sumus cõplexi, vt qui-
nis etiã mediocriter eruditus, quatuor opusculis versus
quinquies mille plus minus capientibus, labore modico
& impensa leui, totum cœleste theatrum & capere, &
perlustrare, animoque circũferre possit: ab infimis enim
ad summa gradatim conscendimus: & hinc immensam
Dei, cœlorũ & terræ Architecti incomparabilis sapien-
tiam, gloriam, & maiestatem omnibus palam exhibere
sategimus. Nec temere mea sententia, nam, vt est apud
regium Prophetã, εὐρυχωρὰ διανοου̃ντων δόξαυ̃ θεοῦ, πολυ-
τιπὸν δὲ χεῖρ̃ αὐτοῦ ἀναγγελεῖ τὸ σέβειν αὐτοῦ. Sanẽ, si ori-
ginem nostram cœlestem facimus, si spiritum nostrorum
corporum formatorcm, germen esse cœlestis ignis Gale-
nus posuit: si astro persimilem Aristoteles dixit, nihil vi-
deo homini affine magis, & cognatum esse, quàm cœlũ.
Quod qui negat, impiẽ & Deo & Naturæ Gygantum
more, pugnat: seque degenerẽ animam habere palã pro-
fitetur. Nam quæ, per Deos immortales, digniores disci-
plina, aut magis necessaria, quàm quæ in rebus cœlesti-
bus perpetuò versantur? In quo perfectius Dei summi æ-
ternitatem contemplari liceat, quàm in his quæ diuina
sunt, & corruptioni minimè obnoxia? A quo melius in-
effabilem Dei maiestatem, & cetera quæ in rerum natu-
ræ stupescimus & admiramur colligere dabitur, quàm
à stellarum pulchritudine, Signorum energetiã, cœli mo-
tu & vastitate? Habet sanẽ hæc diuina contemplatio,
nescio quid latentis miraculi, imò verò abstrusa ener-
getiã, quæ mentes nostras in sui, & Dei Opt. Max. ad-
mirationem & amorem, abdita naturæ familiaritate,
nō secus rapit, quàm Magnes ferrum. Deo itaque gratias
summas

summas agere debemus, quod in hac caligine mentis hu-
manæ, aliquas scintillas suæ sapientiæ & diuinitatis in
cælo maximè lucere velit: semelque inuentam cælestem
philosophiam, ad vsum in vita transferri: ad prænosce-
das anni tempestates, aeris motus, mensũ & dierum ra-
tiones, ad tuendã valetudinem, ad rem nauticam, rusti-
cam, medicam, militarem, & vt paucis multa dicam, ad
quiduis ferè in sublunari orbe perficiendum & auspi-
candum: sed omnium maximè ad celebrandum opificem
Deum. Verùm hæc plus satis, præsertim apud tantum vi-
rum omnigena eruditione illustratum: cuius oculum sum-
mè negotiosum habetur: præsertim hisce temporibus, in
quibus Mars suis furiis comitatus, horrèdũ nescio quid
fremit. Finè itaque facio, à te obnixè petens, ornatissimè
Cancellarie, vt xenolum hoc qualecunque, hisce Iani ca-
lèdis ex animo tibi oblatũ tam placidè excipias, quàm
libenter exhibeo. Hoc factum si intellexero, conatus meos
ad alia quæ in manibus sunt, & his maiora, ex umbra
in lucem proferenda, non mediocriter promouebis. Bene
vale. Lutetiæ pridie natalis IESV CHRISTI
seruatoris nostri.

1552.

A. iij

ZODIOGRAPHICI

libelli ad Lectorem.

SI tibi prodimus parui, ne despice: paruis
Gratia reb^o inest, ac ingens sepe voluptas:
Nec non & pretium pretio pretiosius omni:
Sic vnguentorum, sic auri pondera parui,
Exuperant pretio permagnos aris aceruos:
Sic adamas punctū lapidis, pretiosior auro
Censetur multo: censetur & vnio iusta
Argenti massa præstantior. Ergo, diserte
Lector, ne in nobis corpus, sed pspice vireis:
Et q̄ magna tibi sub paruo pondere, paucis
Claudamus: cœlis breuitas gratissima res est:
Grata viris doctis q̄ magna negotia tractāt:
In quorū numero primas Oluarius vnus
Agnoscit: rogitas quis: Cancellarius ille
Gallorū: Vrania pius hospes: portus & aura
Doctorū: atq; illinc famâ super æthera not^o:
Ad quē per facileis aditus speramus habere.

*Superata tellus
sidera donat.*

SUMMA TRIVM LIB. ZOD.

LIBRI TRES ZODIACI, SIVE

*Signorum cœlestium Hortuli, hæc in summa
habent, ac describunt.*

Primus, proponit duodecim Signorū Zodia-
ci, ordinē, sitū, naturā, qualitates, & (vt loquū-
tur) passiones omnes tā naturales, quàm acciden-
tales. Præterea, Signorum triangularitates, decan-
os, fines, domos, exaltationes, & alia.

Huius præcipua, summæque capita hac dige-
runtur serie.

BReue proloquium cum inuocatione, & dilu-
cida enumeratione rerum toto libro descri-
bendarum.

Zodiaci descriptio, cum nomenclatura & ordine
duodecim Signorū, à quibus ille nomē habet.

Zodiaci natura, situs, & cū latitudine declinatio.

Cur Signifer de omnibus cœli circulis mundum
obliquè circumdet, ac obambulet: multisque a-
nimalibus illustretur.

Quid Signum Zodiaci, gradus Signi, minutū gra-
dus, secundum minuti, &c.

Signi cuiusq; lōgitudo, & latitudo. Adhæc, quæ nã
Signa terrestria, aërea, aquea, & ignea.

Signa masculina, & calida.

Signa fœminina, & frigida.

Signa diurna, & nocturna.

Signa septentrionalia, & meridionalia.

Signa mobilia, fixa, & communia.

Signa mobilia, fixa, & communia, quomodo qua-
tuor anni tēpestates foueāt, excitēt, ac moueāt.

Signa tropica, siue cardinalia: & cur ita appellētur.

Signa

SYMMETRIVM LIB. ZOD.

Signa tropica ante se habere gemina & bicorpora Signa, non absque ratione.

Signorum triplicitates, siue triangularitates: cum earundem qualitatibus.

Signorum cuiusque triplicitatis, Domini tam diurni, quam nocturni.

Signorum facies, siue Decani: Aliter de eisdem.

Signum Arietis cuiusdam Planetę domum, exaltationem, ac depressionem exhibeat.

Signum Tauri cuiusdam, &c.

Signum Geminorum cuiusdam, &c.

Signum Cancri, cuiusdam, &c.

Signum Leonis, cuiusdam, &c.

Signum Virginis cuiusdam, &c.

Signum Librę, cuiusdam, &c.

Signum Scorpij, cuiusdam &c.

Signum Sagittarij, cuiusdam &c.

Signum Capricorni, cuiusdam &c.

Signum Aquarij cuiusdam, &c.

Signum Piscium cuiusdam, &c.

ADMONITIO pulcherrima in præcedentia.

Signum Zodiaci vnumquodque, quibus stellis, quot, & quantis circumscribi, & figurari ab Astronomis censetur.

Signum Zodiaci quodlibet, quando inauspicatū, ac nocens dicatur, & contrā.

Signa aliquot contrario modo & figura, quam alia supra Horizontem ascendere, ac descendere: & quid hoc portendat.

Signa quædam in Zodiaco humana esse, alia verò ferina: non absque ratione & exemplo.

Signa

SVMMATRIVM LIB. ZODIACI.

Signa humana à ferinis vndique in Zodiaco obfideri: & quid illud fignificet.

Signa fœcunda, & prolifica.

Signa fterilia, & item mixta.

Signa recifa, duplicia, & bicorporea.

Signa muta, & loquacia.

Signa currentia.

Signa fella, & pigra.

Signa iacentia.

Signa recta.

Signa membrif fraudata: fiue (vt loquuntur) imperfectorum membrorum.

ADMONITIO in fuperiora, pro iam dictorum fignificatione.

Signa in Zodiaco hærentia, ac fe contingentia: Adhæc conuenientia, & diffidentia: cum his quæ deorfum præfigurant.

Signa aliquot gemina, & bina in cœlo haud quam temere collocata effe.

Signa quædam in Zodiaco nuda effe: & quid deorfum mortalibus fignificent, ac præmôftrêt.

FINIS LIBRI PRIMI.

Secundus liber recenfet Signorû Zodiaci exortus & item occafus. Adhæc, eorundem afpectus & radiationes inter fe: cû partibus Signiferi quæ Lunæ peragrationes, fiue (vt vulgò loquûtur Aftronomi) manfiones octo & viginti conflituût. Afcribit infuper Signis Zodiaci, quatuor anni partes, ac tempeftates: eafq; propriis coloribus depingit: cû Signo partis cuiufq; duce, & aufpice.
Mundi

SUMMA TRIVM LIB. ZOD.

Múdi præterea regiones, præcipuaq; prouincias, ex priscorú nomēclatura, singulis Signis distribuit.

Huius præcipua summaque capita, hæc digeruntur serie.

Quid Signum in vtroque sphæræ situ rectè, vel obliquè oriri.

Signorú ascensiones, & descensiones, siue astronomici exort^o & occasus in recta sphæra. Signa tardè & velociter ascendētia ac descendētia in obliqua sphæra, seu decliui.

Signa sex quouis tempore supra terram esse, & totidem sub terra.

Signorum exortus & occasus triplex: iuxta poëticam ac vulgatam acceptionem.

Signorum, & partium Zodiaci aspectus inter se necnon radiationes. Et primùm quadrangularis, deinde triangularis, cum vtriusque natura & viribus.

Signorú aspectus sexágularis, siue sextilis, & hexagonus: cum propria illius natura & viribus.

Signorú aspectus oppositus, ac ei^o natura & vires. Signorum oppositorum nomenclatura cum partibus anni quæ illis respondent.

Signa opposita quando, & quomodo amica, vel inimica dicenda.

Signa dextra & sinistra, ex quibus aspectus tam dextri, quàm sinistri colliguntur.

Signorú inimicitie, & concordie penes aspectus, iuxta vulgatum Astrologorum modum.

Signorum Zodiaci partes, seu tractus octo & viginti, quos præsci Astronomi Lunę mansiones, siue

SYMMETRICUM LIB. ZOD.

siue peragrationes dixerunt. In quibus dum Luna versatur, inferiora hæc, & maximè aërem, variè exagitat.

Signum Zodiaci à quo Ver Astronomis initiatur: cū ppria eiusdè Veris descriptione, ac natura.

Signum Zodiaci à quo Aestas Astronomis initiatur, cum propria &c.

Signum Zodiaci, à quo Autumnus &c.

Signum Zodiaci, à quo Hyems, &c.

Signa tria vnicuique dictarū tempestatum anni deputari.

Ab Ariete, siue ab Aequinoctio vernali, gētes ple- rasque suum annum olim incoasse.

A Cancro, siue ab æstiuiali Solstitio gentes, &c.

A Libra, siue ab Aequinoctio autūnali, gētes &c.

A Capricorno, siue à brumali Solstitio, gētes &c.

Signa Zodiaci cū suis Planetis, quos vëtos excitēt.

Signis Zodiaci, septem mundi climata subiici, & ascribi: propriosque ibi duces, rectores, ac dominos habere.

Signis certis Zodiaci, ac item Planetis vnamquaq; orbis terrarum regionem subiici: vnde scilicet, tot & rerum & figurarū varietates, ac particu- lares proprietatum distributiones, & motus.

Signo Arietis subditæ regiones, ex prischorum no- menclatura.

Signo Tauri subditæ regiones.

Signo Geminorum subditæ regiones.

Signo Cancri subditæ regiones.

Signo Leonis subditæ regiones.

Signo Virginis subditæ regiones.

Signo

ΣΥΜΜΑΤΡΙΩΝ ΛΙΒ. ΖΟΔ.

Signo Libræ subditæ regiones.

Signo Scorpij subditæ regiones.

Signo Sagittarij subditæ regiones.

Signo Capricorni subditæ regiones.

Signo Aquarij subditæ regiones.

Signo Piscium subditæ regiones.

Signorú triplicitates fœdore tacito decreta cœlestia omnibus regionibus quas subiectas habet, ex æquo communicare. Adhæc regiones regionibus, vt Signa Signis alicubi conuenire, alibi verò dissentire.

Signorum Zodiaci decreta, vti etiam Planetarum ob regionum situs, ac naturas plærumque impediri, ac mutari. Ex quo varia, variis locis cōceduntur, quæ aliis negantur planè.

Signa Zodiaci hominum membris attributa: & quando morbos, aut vitia portendant.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Tertius liber expedit astrologica quædam & γενεθλια λόγια de duodecim Signis Zodiaci natali hora exorietib⁹: iuxta priscorú, & recetiorú cœli philosophorú obseruationes: vnà cū his, que natis sub illis in vita plurimū presagiūt, ac significant: cū multis aliis legēdis potius q̄ aspernandis.

Huius præcipua, summaque capita hac digeruntur serie.

Signa Zodiaci suam pacē, suaque bella habere: que admodū homines qui sub illis nascūtur.

ADMONITIO in iam dicta.

Signa mobilia quæ studia, quæve artes, & sensus natis

SVMMATA TRIVM LIB. ZOD.

natis sub se concilient.

Signa fixa, quæ studia, quâsve &c.

Signa communia, quæ studia, quâsve &c.

Signum Zodiaci quodlibet quas artes particulatim habeat: de quæ sua natura & imagine deorsum agnoscat.

Signa cœli (vti etiam stellas) suas eclipses, & luminum actionumque priuationes (saltem ad tempus) habere. Quod vnum, res mundi huius inferioris quæ ab illis pendent, & experiuntur, & sustinent.

Signum Arietis in alicuius natiuitate ascendens, vel horoscopum constituens, quid nato plurimum hic portendat: & quos illi mores impingat.

Signum Tauri in alicuius natiuitate ascendens, vel &c.

Signum Geminorum in alicuius natiuitate &c.

Signum Cancris in alicuius natiuitate &c.

Signum Leonis in alicuius natiuitate &c.

Signum Virginis in alicuius natiuitate &c.

Signum Libræ in alicuius natiuitate &c.

Signum Scorpionis in alicuius natiuitate ascendens, vel &c.

Signum Sagittarij in alicuius natiuitate &c.

Signum Capricorni in alicuius natiuitate &c.

Signum Aquarij in alicuius natiuitate &c.

Signum Piscium in alicuius natiuitate &c.

Signa Zodiaci humanos facientia, necnon mansuetos, & contrâ.

ADMONITIO in iam dicta.

FINIS LIBRI TERTII,
& vltimi.

SYMMETRIKUM LIBRI TERTII

Signum Aeternitatis in christo nativitate ascendens
vel in christo constanti quod est plura
hic ponenda: & quod illi more impingit
Signum Tota in christo nativitate ascendens
Signum Consonantia in christo nativitate ascendens
Signum Cantu in christo nativitate ascendens
Signum Iuris in christo nativitate ascendens
Signum Virginitatis in christo nativitate ascendens
Signum Libere in christo nativitate ascendens
Signum Geopit in christo nativitate ascendens
Signum Sicut in christo nativitate ascendens
Signum Circum in christo nativitate ascendens
Signum Arcu in christo nativitate ascendens
Signum Iuris in christo nativitate ascendens
Signum Xochi in christo nativitate ascendens

Signum Aeternitatis in christo nativitate ascendens
vel in christo constanti quod est plura
hic ponenda: & quod illi more impingit
Signum Tota in christo nativitate ascendens
Signum Consonantia in christo nativitate ascendens
Signum Cantu in christo nativitate ascendens
Signum Iuris in christo nativitate ascendens
Signum Virginitatis in christo nativitate ascendens
Signum Libere in christo nativitate ascendens
Signum Geopit in christo nativitate ascendens
Signum Sicut in christo nativitate ascendens
Signum Circum in christo nativitate ascendens
Signum Arcu in christo nativitate ascendens
Signum Iuris in christo nativitate ascendens
Signum Xochi in christo nativitate ascendens

FINIS LIBRI TERTII

Signum Aeternitatis in christo nativitate ascendens
vel in christo constanti quod est plura
hic ponenda: & quod illi more impingit

LIBER PRIMVS ZO-
diaci, seu Hortuli duodecim Si-
gnorum Cœlestium, auto-
re Antonio Mizaldo
Monluciano.



*Ic ego Zodiaci stellatas vndique
formas
Perspicua methodo describo: ex
ordine tradens
Quot sunt que rutilant obliquū
Signa per orbem:*

PROPO-
SITIO.

*Cum Phœbo, alternis volucrem portantia Lunam:
Atque alia aduerso luctantia sidera motu,
In primum (veluti ex Sphæra monstrauimus antè)
Quas viuis habeant: quid agant: moueantq; deorsum:
Et quis cuique locus: qualis natura: quid hoc est,
Vnde homines, stirpes, pecudes, ær, mare, terra,
Concipiant motus: quo pergant tramite cuncta:
Quid proprium teneant: & quid memorabile seruent:
Nam scripsere in eis præsci miranda latere:
Ac vitam, & mortem rebus spirare quotannis:
Quando per illa suo spaciantur sidera motu.
Sed frustra hic operam nauabo, sis nisi mecum
Vranie: cœtus cœlestis prouida custos:
Ergo ades, & facilem te paruo trade Poetæ:
Egregium decus est tentantem summa, iuuare.*

INVO-
CATIO.

B Zodiaci

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Zodiaci descriptio, vnâ cum ordine & nomenclatura duodecim Signorum quæ vchit, & à quibus nomen hæbet.

NARRATIO.

ZΩδίακον proprio dixerunt nomine Graij,
Quem Latium vera, & certaratione vocauit
Orbem signiferum: nam bis sex sidera portat:
Signa fere cunctis vulgari reddita voce.

Signorū
duodecim
Zodiaci,
ordo &
nūcupatio

Quod bene significent quid cælum mittat, agátne
Aera per liquidum in res terra, & corpora nostra:
Laniger est primum stellato vellere fulgens:

Quem sequitur radians prostrato corpore Taurus:

Post, Gemini incedunt speciosa lampade clari:

Deinde rebens aestum, & feruentia tempora Cancer:

Subter quem rabidi splendet fera seuæ Leonis:

Cui facilem comitem se præbet candida Virgo:

Sub pedibus spectans mirando lumine Libram:

A qua pertrahitur lucenti Scorpius astro:

Mox & ab hoc Cheiron, yutilo spectabilis arcu:

Post quem barbato Capricornus obambulat ore:

Quem non inuitus sectatur Aquarius: ambos

Deducens post se gemmato corpore Pisceis.

Occupatio
ad pe-
titionem.

Sed fortasse petis, cur hæc sint Ζώδια Græcis

Inscripta, & variis passim depicta figuris?

Præterea, cur sint illic tantum duodena?

Et cur disparibus stellis, ac lumine consent?

Causa est longa nimis, alioq; docenda libello

Sæorsum, cum multis, quæ hic visum est iure tacere:

Si patiens fueris, cum tempore cuncta reponam:

Ni fortuna meos conatus impia turbet.

Zodiaci distributio in gradus secundum longitudi-
nem & latitudinem. Adhæc, quæ sit eius natura, si
tus

AUTORE ANTO. MIZALDO.

tus, necnon obliquitas ac declinatio.

Regia diuorum rutilans, ac aula Deorum
 Signifer, interitus rerum, vitæq; volumen:
 Accipit in longum ter centum ex ordine parteis
 Ac sexagenas: in latum solus, & vnus
 Octo bis, vt doctis visum est: hic tramite certo
 Obliquat sese in Libyen: vnde horrida Bruma
 Aduentat: secat hinc medium curuatus Olympum:
 Qua de parte nouum spirat Ver: inde volutus
 In Boream: vnde Aestas flauentia demetit arua:
 Hinc rursus medium repetit sinuatus Olympum:
 Autumnus paribus qua tempora diuidit horis:
 Atque iterum ad Libye hinc sitientes flectit arenas:
 Venerat vnde prius, necnon inceperat ire.

Cur signifer de omnibus cœli circulis mūdum obliquè circundet: multisq; animalibus illustretur.

Signiferum obliquis circundare flexibus orbem
 Vna hominum voluit, diuumq; aterna potestas:
 Quò varia rerum species, quò tempora rebus
 Certa forent: adstringat Hyems: Ver stricta relaxet:
 Concoquat Autumnus quod & ante parauerat Aestas.
 Qui si directus staret, Sol semper, & astra
 Consimilem cursum facerent, similemq; tenerent
 Vsq; locum: ac radios similes, & semper eosdem
 Proiicerent: ex quo rerum sequeretur vbique
 Forma vna, ac anni facies, & temporis vna:
 Non absque insigni iactura rerum, hominumque.
 Idem, bisseis passim variata figuris:
 Signa vehit: pecudes, pisces, armenta, virosque:
 Hic vt cuncta suos videant ortus, videantq;
 Occasus: rerumq; vices, ac fata ferenda:

Zodiaci partes in longū, & latum.

Declinatio.

Zodiaci circulum, nō temerè obliquū esse.

Vide φαι-
νόμενα
στρα, siue
Ephemer.

B ij Vt

ZODIACI LIBER PRIMVS.

ærias: &
Cometo-
graph.

Vt nobis alio monstratur rite libello.

Quid Signum Zodiaci, gradus Signi, minutū gra-
dus, secundum minuti, &c.

Signum, Zodiaci pars est trigesima: prout sunt
In toto partes ter centena, ac decies sex:

Et Signa in totis duodena his partibus: ergo

Gradus. Ter denis gradibus Signum distinguitur: atque

Minutū. Bis tricena gradus recipit, claudiq; minuta:

Sexagena secunda tenet quodcumque minutum:

Secundū. Et sexaginta fert tertia quodque secundum:

Cætera crescendo sexagenarius explet:

Vt monet ars, ac causa iubet, deponit & ordo.

Signi cuiusque longitudo, & latitudo. Adhæc, quæ-
nam Signa terrestria, aquea, aerea, & ignea dicantur.

Signa ter-
rea.

TRiginta gradibus longum, latum duodenis
Quodlibet est Signum: terrestria sunt, Capricornus,

Aerea.

Taurus, & Erigone: sunt æris hæc tria, Libra

Aquea.

Hydrochous, Gemini: naturam seruat aquarum

Ignæa.

Piscibus, & Cancro similis Nepa: quæ tria restant,

Ignæa sunt, Aries, Cheiron, Leo denique candens.

Signa masculina, & calida.

Mascula sunt Aries, Gemini, Leo, Libra, Sagitta:
Necnō fusor aqua: quibus est calor additus vnâ.

Signa fœminina, & frigida.

Signa hæc fœmineam cognoscunt frigida sortem:
Bos, Cancer, Virgo, Capricornus, Scorpio, Pisces.

Signa diurna, & nocturna.

TE valde cupio nocturna, diurnaq; Signa
Quæ sint prospicere, & propria deducere lege:

Non

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Non tenebris, aut luce suum per agentia cursum:
Nam commune foret cunctis hoc ordine nomen:
Frigida sunt nocti, calida anthorata diei.
Sunt quibus esse diurna placet, quæ mascula surgunt:
Et nocturna, suum quæ s nomen femina tradit:
Signa diurna aliis, sex sunt quæ pronæ sequuntur
Lanigerum: sex à Libra nocturna putantur:
Illic, quod lucis Phœbus producere pergat:
Hic nocteis: tibi sit potior sententia prima:
Quam clari Astronomi scribunt, laudantq̃, probantq̃.

Signa septentrionalia, & meridionalia.

Ipsæ Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Affectant Boream, verguntq̃, Aquilonis ad oras:
Signiferi positum si spectas: quo sit, ut illa
A doctis merito borealia Signa vocentur:
Hic ubi sit terra Phœbus, nobisq̃ propinquus:
Quæ post hæc veniunt, sunt Austri Signa, Notique.

Signa mobilia, fixa, & communia.

Mobilia hæc, Aries, Cæcer, Libra, & Capricornus:
Fixa, Leo, Taurus, Neptæ, cū Ganymede seruntur:
Sunt Gemini, Cheiron, Virgo communia Pisces.

Iam dicta Signa quomodo quatuor anni tempestates
excitent, foucant, ac moueant.

Lanigero pecori est vis mobilis: est sua Tauro
Vis constans, solidum robur, stabilisq̃ potestas:
Vis media est Geminis, viroque à sidere ducta,
Communisque vigor: quod cetera Signa sequuntur
Ordine nexa suo per parteis vndique ternas:
Quæ tempestates componunt quatuor anni.

Quid Signū diurnū, & nocturnū ex multorū sententia.

Signa sex borealia, & totidē Australia.

Collatio tempestatū anni cum

B ij Tēporis

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Signis à quibus cōstituitur. *Temporis hinc verni quadrupes Nephelcius autor
It properans: semp̄erque suas festinat ad herbas:
Nec mora, nec requies: manet ad præsepia Taurus:
Ver manet: insistit bos indefessus aratro,
Incumbens operi: incumbit quoque purpureum Ver,
Per sylvas, per prata, & cæpto perstat in ipso.
At Gemini modus est, dum Ver declinat, & ardens
Procedit cælo indomitis feruoribus Aestas:
Da simile in reliquis Signis, & partibus anni:
Ne, dum cūcta sequor, videar nimis̄sq̄e, loquāxque.*

Signa tropica, siue cardinalia, & cur ita appellentur.

Tropica
Signa vn-
de dicta.

Hic te percipiam memori bene mente notare,
Quattuor opposita facie gradientia Signa:
Aquo diuisum quibus est discrimine cælum:
Lanigerum dico, Libram, Cancrum, & Capriconium:
Quæ tropica appellant: quod in illis quattuor anni
Tempora vertantur Phœbo huc veniente: nouamq̄
In faciem mundus sese conuertat, agātque.

Signa tropica, ante se habere gemina & bicor-
porea Signa: non absque ratione.

Non frustra duplici formantur imagine Signa,
Quæ tropica in quouis præcedunt cardine mundi:
Nam duplices retinent sociato corpore vires:
Sic præcurrentes Cancrum Gemini, duo sese

Pulchra & Præbent: quorum alter florentia tempora Veris
notatu di- Efficit: Aestatem stricentem prouebit alter:
gnissima Nudus vterque tamen, sentit quia vterque calorem.
de tropi- Sic ipse. Arcitenens (qui te Capricorne deorsum
cis, & bi- Prospektat) duplici formatus imagine fertur:
corporeis Humanas parteis Autumnus morbisfer ambir:
Signis.

Tristis

*Tristis Hyems, sterilisque, sibi deposcit equinas:
 Quosque Aries prae se mittit duo, corpora, Pisces
 Bina ferunt: Hyemem hic claudit, Ver inchoat ille.
 Quintiam Erigone binis numeratur in astris:
 Quae Libram tropicum Signum praecedit eundo.
 Nec ratione caret: nam spicam porrigit Aestas:
 Dines & Autumnus de casta Virgine surgit.*

Signorum triplicitates, siue triangularitates, cum earundem qualitibus, ac temperaturis.

Est apud Astronomos ternis proportio Signis:
 Ignea triplicitas, Aries, feruens Leo, Cheiron:
 Terrea, cum Tauro Virgo, necnon Capricornus:
 Aeream faciunt Libra, Vrniger, atque Gemelli:
 Scorpius, & Pisces retinent, vt Cancer, aquosam.

Zodiaci triplicitates quatuor.

Signorum cuiusque triplicitatis Zodiaci Domini, tam diurni, quam nocturni.

Quattuor haec Triplex, vel (si vis) triplicitates,
 Sub denis gradibus Dños sibi foedere seruant
 In quouis Signo: veluti nunc ordine pandam:
 Prima, die primis gradibus denis habet alnum
 Solem: deinde aliis venerandum, nocte, Tonantem:
 Extremis, rigidum Saturnum in nocte, diuque.
 Altera, per lucem est Veneris, sed nocte Dianæ:
 Cui Mars participem se iungit tempore vtroque.
 Tertia Saturnum dum lux est: nocte, reposeit
 Hermetem: subscribe Iouem noctuque, diuque:
 Quarta fouet Martem noctu, Veneremque diurno
 Tempore: quæ s Lunam comitem da, nocte, dieq.

Triangularitatum Zodiaci ordo, cum earundem praefectis.

Signorum facies, siue Decani.

Sunt Signis facies, quas appellare Decanos

B iij Presta-

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Præstaret gradibus quia denis quæque recurrit:
 Has ego te methodo, paucis (aduerte) docebo:
 Insuper illarum reges, dominosque Planetas.

Signorum Lanigeri prima est facies, primusque Decanus
 Decani si- Mauortis: Phœbiq, sequens: Veneris quod abundat:
 ue facies. Sic Tauri est prima Hermetis: Lunaq, secunda:
 Tertia Saturni: Geminorum prima, Tonantem
 Agnoscit: post hanc dabitur Marti altera: deinceps
 Quæ venient, reliquis sacrare memento Planetis,
 Ut sunt in cælo: facilis res, atque probata.

Signorum fines, siue termini.

TRaduntur Signis nonnulli denique fines,
 Qui certas stellas retinent, dominosque Planetas:
 Hos ego, te ex doctis cuperem perdiscere libris:
 Nam res non leuis est, & amat compendia cælum:
 Adde, quod hic nequeunt scribi omnia versibus apè.

Signum Arietis cuiam Planetæ domum, exal-
 tatione, ac depressionem, seu casum exhibeat.

LAniger eligitur generosi regia Martis,
 Et solium Solis: quo iuste, ac rite quotannis
 Et rerum generi, atque hominum bene consulit orbi:
 Ille idem aduerso Signo premiturque, caditque:
 Quod reliquis (ne quid repetam) dabis inde Planetis.
 Nam parte opposita solio, descendere pergunt.

Signum Tauri cuiam Planetæ, &c.

PRincipio, Cytherea domum, dulcisque recessus,
 Et Phœbe solium, soli que insigne superbum,
 In Tauri posuere: illic nam regia iura
 Exercent: sociæque tenent dititione tribunal.

Signum

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Signum Geminorum cuinam &c.

IN Geminis patriamque domum, charosque penates
Ipse sibi statuit volucer Cyllenius: hic se
Agnoscit: proprias & Signo accommodat arteis.

Signum Cancri cuinam &c.

LVna domū, & cathedrā sibi Iupiter optimus esse
In Cancro voluit, prope sacra palatia Solis.

Signum Leonis cuinam &c.

PHæbus percipiens se iungere rite sorori:
Sedulus in valido fixit sua Signa Leone:
Hicque domum struxit gemmis auroq; coruscam:
Impatiens consortis: ut est suprema potestas.

Signum Virginis cuinam &c.

MERCURIUS gaudet specioso lumine vultus
Astræ: quapropter ei datur hospes amicus.

Signum Libræ cuinam &c.

IN Libra, stupido pulcherrima Cypria quondam,
Saturno solium, necnon sibi condidit ades.

Signum Scorpj cuinam Planetæ &c.

SCORPIUS exposuit Marti sua lustra superbo:
Cum quo non alium voluit regnare magistrum.

Signum Sagittarij cuinam Planetæ &c.

CENTAURUS Iouis est præfulgida regia summi:
Cui nec adest socius, nec consors hic datur alter.

Signum Capricorni cuinam &c.

TV Capricorne seni Saturno tecta, larēque
Das: & Mauorti solium omni sanguine fœdum.

Signum

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Signum Aquarij cuiusnam &c.

In te Saturnus sedem sibi ponit Aquari
Solus: nam comitem rigidus non sustinet vllum.

Signum Piscium cuiusnam Planetæ &c.

Pisces sūt Veneris cathedra, & dom^o ampliat onātis:
Hospitium fœlix: nam est hospes ab hospite tutus.

Admonitio pulcherrima in iam scripta.

Si verum narrant, qui scribunt, cuncta deorsum
Quæ fieri debent, sursum retinere figuram:
Hic tibi proponam paucis pulcherrima: primum
Cernis vtriusque domos Solis, Lunæq; superbas
(in quibus esse solet regina, & regis imago)
Mercurium eloquij patrem stipare: quod vnum
Summos vsque viros, & magna exempla daturos
Admonet, vt secum teneant, foveantq; peritos:

Philoso-
phica, &
summè no-
tanda de
domibus
Planeta-
rum.

Nec quocunque modo propriis patiantur abesse
Aedibus: vt prosint, doceant, vigilentq; iuuentq;
Audis præterea, quod habet doctissimus idem
Mercurius, proprias aedes, Iouis ex diametro
Oppositas rectis: qui largus fingitur auri
Esse dator: quæ res demonstrat, & indicat, omnes
Qui vel doctrina, vel quacunque arte valebunt,
Raros prouentus, nummos, & opes habituros:
Quod pater ingenij præuè spectetur ab auri
Largitore: potes simili deducere forma

Breuitas
cū perspi-
cuitate au-
thori fami-
liaris.

Ex modò descriptis quamplurima: quæ tibi cogor,
Festinans aliò, iustè reticere: libenter
His boras aliquot, per libera tempora, posthac
(Si tibi quæ scribo cognouero grata) daturus.

Signum

AU TO RE AN TO. MIZ AL DO.

Signum Zodiaci vnumquodque, quibus stellis, quot, & quantis circumscribi & figurari ab Astronomis censeatur.

Quot stellis constet Signum quodcumque, quibusue, Et quantis, satagam facili monstrare Minerva
De proprio libro: dum formas, atque figuras

Octave Sphære conabor pingere ad vnguem:

Inq̄, suis castris ad tempora figere nostra:

Et cælo, ac terris aquata reddere lance:

In quo rite memm claudam hoc cœleste theatrum:

Mille quater structum & quingentis versibus: intra

Septenos mensis, nocturnis scilicet horis:

Dum fortè à rebus medicis, medicis quoque libris,

Ac aliis, mihi cessandi est concessa potestas:

Atque calor vegetus iuuenili in corpore feruet.

Signum Zodiaci quodlibet, quando inauspicatum dicatur, ac nocens: & contrà.

Signum quod calcet quicumque Planeta malignus:

Aut in quem radios iaculatur fronte minaci,

Inde trahit vitium, multoq̄, nocentiùs afflat:

Contrà, quod scælix: quæ res nos admonet vna,

Quod rectos mores ledunt consortia praua:

Emendantq̄, malos, bona: ni mentitur Apollo.

Signa aliquod cõtrario modo, quàm alia supra horizontem ascendere, & parte opposita cadere (si corporis formam, ac imaginem spectas) & quid illud demonstret.

Sunt tria Signa, nouem reliquis pugnantiâ, forma,

Atque modo vario incedendi: respice Taurum

Clunibus, & Geminos pedibus, testudine Cancrum

Surgere: cum rectis orientur cætera membris:

Ne mirere

Signũ fau-
stum & in-
faustum.

Signa nõ
vno mo-
do per Zo-
diacũ in-
cedere.

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Ne mirere modum, nam Sol auersa per astra
Aestiuum tardis attollit gressibus annum:
Atque moras necit longas per talia Signa.

Philoso-
phica, &
pulchra.

Est aliud tamen hoc (me iudice) cuique notandum:
Nimirum, quod erunt homines quos surgere in altum,
Ad summosq; gradus, & honorum culmina summa,
Auerfo reptare modo, sine lege videbit
Mundus: constanterq; feret: cælo qui a sic stat.

Signa quædam in Zodiaco humana esse, alia ve-
rò ferina: non absque ratione, & exemplo.

Signa hu-
mana in
Zodiaco.

Signifer humanis Signis duntaxat habetur
Quattuor illustris: Geminiis & Virgine, necnon
Vrnigero: queis parte vna addes Arci tenentem:
Que superant octo, dicuntur Signa ferina.
Sed fortasse petes, quorsum tot Signa ferina

Philoso-
phica & e-
gregia.

In cælo, & tam pauca humano prædita vultu?
An quod nos voluit summa, & diuina potestas
Noscere, quod plures brutales, atque ferinos,
Indociles, seuosque, malos, & ledere promptos,
Inferior mundus (qui se speculatur in astris)
Gestabit: quàm compositos virtutibus, atque
Humanos, dociles, placidos, mitésque, bonosque?
Qui prodesse velint cunctis, offendere nullum:
O rem mirandam cælum? ô mysteria digna
Omnibus exponi, quibus hærent optima cordi?

Signa humana à ferinis vbique in Zodiaco ob-
fideri: & quid illud significet.

Signa fe-
rina in
Zodiaco.

Qua sunt in cælis humano condita vultu
Signa, manent formis vtrinque obsessa ferinis:
Sic nudi Gemini, à Tauris, Cæcroq; premuntur:

Et

AU TO RE AN TO. MIZ ALDO.

Et rursus à Capro cornuto, & Piscibus, vnus

Vr niger: à sano castissima Virgo Leone:

Sic Cheirona Caper, necnon & Scorpius vrgent.

Si petis, hæc quorsum? paucis monstrare studebo:

Vi genus humanum, sancta & cælestis origo,

Condiscat variis se casibus esse, malisque

Expositum: atque ad pauperiem vel lege vocatum

Naturæ: veluti ex speculo monstratur in astris.

Philoso-
phica &
pulchra.

Signa fœcunda & prolifica ex priscorum
traditionibus.

VTres cælorum facili gustare labello

Possis: ecce tibi, & rara, & vulgaria scribo:

Fœcundum proprie est Cancri genus: acer & icu

Scorpius: & partu complentes æquora Pisces.

His ergo in Signis natali tempore, quisquis

Summu rectorem genesis, dominumve videbit,

Multa prole parens fiet: modò cetera consent.

Causas nos alibi pergemus quæere: necnon

Multorum, passim quæ libris tradimus istis:

Si Deus hos nobis iuueniles proroget annos:

Et factum satis hîc à me tibi dixeris esse.

Signa tria
fœcunda.

Signa sterilia, & item mixta atque ambigua, ex
priscorum traditione.

Et Virgo sterilis, sterili coniuncta Leoni:

Nec capit, aut captos producit Aquarius ortus.

Inter vtrûmque volat Capricornus frigore notus:

Et qui contento fulget Centaurus in arcu:

Est Aries mixtus: qui æquantem tempora Libram

Ac Geminos, Taurumq; pari sub sorte recenset.

Hæc cui nascenti dominantur Signa, futurum

Vide pro
his Gene-
thialogi-
cos.

Credat,

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Credat, vt aut paucos gignat, vel morte premendos.

Signa recifa, duplicia, ac bicorporea.

Q*uid quòd Signa dabo quadã, pro parte, recifa?
Atque ex diuerso cõmissis corpore membris?
T estis erit Caper: & qui tentum dirigit arcũ
Iunctus equo: cui pars hominis, pars altera bruti est:
Nec Taurum excludes, postica parte carentem:
Queres quid monstrant, posthac ostendere pergam
Cum primum reliqua huius plumæ absoluero paucis.*

Signa muta, & loquacia.

M*Vta manent Cancer, Pisces, & Scorpio, Libra:
Sed nonnulla sonos, nullo monstrante, reponunt:
Vt caput armenti Taurus: pecorisq; superbus
Rex Aries: sauisq; Leo, necnon Capricornus.
Cætera, sermonis, vocisque capacia sunt.*

Signa currentia.

N*E tu (quæso) putes in eo cõmenta dedisse
Naturam rerum, quòd sint currentia Signa:
Vt Leo, & Arcitenens, necnon & Laniger: illa
Nil tentat frustra: spectatque per omnia finem:
Vt mox exponam, facili adspirante Minerua.*

Signa fessã & pigra.

S*Vnt quæ fessã sedent pigras referentia mentes:
Vt Taurus, postis collum demissus aratri:
Et Libra, atque Caper contractus frigore sursum.*

Signa iacentia.

P*Rocumbit Cancer regradarius, ac iacet: estq;
Scorpius huius similis, metuendus vulnere: Pisces*

In

AUTORE ANTO. MIZALDO.

In latius obliqui recubant, cum morte sepulti.

Signa recta.

QVadam recta suis librantur sidera membris:
Vt Libra, Gemini, fundens & Aquarius undas.

Signa membris fraudata, siue imperfe-
torum membrorum.

SITU solerti circumspicis omnia cura:
Fraudata inuenies nonnullis sidera membris:
Scorpius in Libra consumit brachia: Taurus
Cernitur incuruo claudus pede: lumina Cancro
Desunt: Centauro superest, & queritur vnum.

ADMONITIO in superiora, pro illorum
significatione.

AVdisti vt cælum (mundi terrestres imago)
Concisos, steriles, scandentes, atque cadentes,
Mutos, ac duplices, currentes, atque iacentes,
Insuper, & fessos, prostratos, denique nudos,
Necnon fraudatos membris, pigrosque, loquaces,
Atque imperfectos, variè capiâtque, gerâtque:
Id dum cognoscis, dum spectas, discite libenter
Quòd nostros casus solatur mundus in astris:
Exemplòque docet constanter singula ferre:
Ac vitium cuiusque animo tolerare modesto:
Omnis cum à cælo fortuna pendeat ordo.
O rem, ter, quater excelsam: ò miracula mira
Cælorum? ò magnum artificem, summumque magistrum,
Et doctum? sacris digitis qui cuncta notauit
Sursum, discipulos vellet que nosse deorsum:
Hoc studio quid (quæso) dabis diuinius? aut quid
Optandum

Philoso-
phica sū-
ma lectio-
ne & admi-
ratione di-
gna.

Rerū cœ-
li studium
planè di-
uinum.

ZODIACI LIBER PRIMVS.

Optandum magis: id tenues quæramus, & ampli:
Nam æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè:
Æquè neglectum pueris, senibusque nocebit.

Signa in Zodiaco hærentia, ac se contingentia:
adhæc conuenientia, & dissentientia: cum his
quæ deorsum præmonstrant, ac significant.

IN cælo nulla est hærentibus addita Signis
Gratia: nam consensus abest, quia visus ademptus.

Si fortasse cupis quæ sunt hærentia nosse:

Hærent perpetuò maribus muliebria: sicut

Lanigero Taurus, Geminis Cancer: tibi nota

Cætera sunt: mundo supero quibus est amor, & pax

Suspecta: ex sexus natura, parte, locoque:

Quorsum? nimirum vt discant homines bene nati,

Quod sunt, & sexu, & studiis, & moribus, atque

Votis disparibus, totum sociata per orbem

Mascula scæmineis, natura lege vetusta:

Scilicet hinc rixæ, & discrimina: quod (precor) vnum

Cõnubio iuncti videant, & credere cælo

Incipiant: in quo est Diuûm depicta voluntas:

Ast hominum nullis opibus mutabile fatum est:

Nec frustra, non sunt etenim venalia fata.

Quis Deus imponit leges, ac imperat, vt vult.

Signa aliquot gemina, & bina in cælo esse, non
absque causa.

Verè, Signa dabunt quædam geminata, potentes

Per socium effectus: multum comes instat, agitq;

Ad pacem bellumque: duos per sidera Pisces,

Necnon Tyndaridas nudatis aspice membris:

Quis coniuncta manent alicrno brachia nexu:

Consimi-

Philoso-
phica, &
egregia.

Fata non
esse vena-
lia.

Duo Si-
gna in cœ-
lis bina,
seu gemi-
nata.

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Consimiles forma, & numerus par, par quoque corpus:
Ac aetas eadem, & vires, studiumque, modusque:
Atque hæc ex paribus toto gaudentia cælo
Signa vides: nihil exterius miramur in illis:
Ni quod cælestis mundus demonstrat ad vnguem,
Cum paribus debere pares traducere vitam:
Ac similem simili sociali fœdere iungi.

Philoso-
phica

Signa quædam in Zodiaco nuda esse: & quid
inde mundo inferiori significetur.

Nuda tibi ostentat cælum, & pauperrima Signa,
Vriginerū, ac Geminos: queis nō est vestis, abestq;
Calceus, aut velum: nec frustra: vt discere pergas
Paupertatis onus patienter ferre: patique
Quidquid adest, statuitque tibi Diuina potestas:
Quæ cælum ante hominem formauit: vt esset imago
Cunctorum quæ vellet ei demittere: vellet
Nota prius fieri, quàm sint illapsa deorsum:
Nam leuius lædit quidquid prævideris antè.
Hinc sursum librum scripsit, pinxūque tabellam
Illorum quæ sunt, & erunt, olimque fuerunt:
Duntaxat notam prudentibus, atque peritis:
Qui non vt porci, vel iniqua fortis aselli,
Obstipio vultu tellurem semper adorant:
Sed sursum spectant: mittuntque ad sidera recti
Sidereos oculos, ac se scrutantur in astris:
Tantò maiores, quantò maiora sequuntur.

Pulchra
de Signis
duobus in
cælo nu-
dis.

Sūma laus
& felici-
tas cœle-
stium Phi-
losopho-
rum.

FINIS LIBRI PRIMI ZODIA-
ci, siue Hortuli Duodecim Signorum
cælestium, Autore Antonio
Mizaldo Monluciano.

C

LIBER SECVNDVS ZO-
diaci, seu Hortuli duodecim Si-
gnorum cœlestium, autore
Anto. Mizaldo Mon-
luciano.

Quid signum in vtroque Sphæræ situ, rectè, vel obli-
què oriri, & occidere: siue ascendere, & descendere.



*Ecce oritur Signum, cum quo pars
Aequidialis
Ascendit maior: cum quo verò mi-
nor, illud
Obliquè scandit, similis descensus
habetur.*

Signorum ascensiones, & descensiones, siue astro-
nomici exortus & occasus in recta Sphæra.

Signiferi quarta de punctis Solstitiorum
Necnon Aequantis venientes (vt petet ordo)
Ascensus & descensus retinere seruntur

Vide pro his erudi-
torū Cof-
mogra-
phias.

*Aequales: sed ibi partes variare memento
illarum medias: veluti te ars ipsa docebit:
Quæ non permittit complecti singula versu.*

Signa tardè, & velociter ascendentia, ac descen-
dentia in obliqua Sphæra & decliui.

Rectæ meant, obliqua cadunt à sidere Cancrī,
Donec finitur Chiron: sed cetera Signa

Nascuntur

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Nascuntur prono, descendunt tramite recto.

Signa sex quouis tempore supra terram esse, & totidem sub terra.

Supra tellurem quantus consecratur arcus
Cælorum, tantus proponitur esse sub illa:
Sex quavis hora producens sidera sursum:
Et totidem rursum occultans, retinensque deorsum
Per lucem, ac tenebras, omni regione locoque.

Signorum exortus & occasus, siue apparitio, & occultatio triplex: iuxta poeticam & vulgare acceptionem.

Signorum occasus triplex censetur, & ortus:
Cosmicus, heliacus, necnon & acronychus: ortus
Cosmicus, ac occasus erit, dum in climate quouis
Sole oriente, aliquod Signum consurget heu &
De regione simul: vel tum se merget in vndas.
Dicitur acronychus quoties surgitue, caditue
Signum aliquod, cum primùm alto se gurgite condens
Titan, permittit stellas splendescere cælo.
Heliacum vocitant ortum, cum Sole propinquo
Signum occultatum (Phæbo sensim subeunte
Vicinum) prope nobis sua lumina reddit:
Occasum contra, quoties Sol vndique Signum
Obtenebrat splendore suo: prohibetque micare:
Cetera percurram quando tractabo Planetas:
Si fortuna volet, studiis malè prouida nostris.

Signorum, & partium Zodiaci aspectus inter se, necnon radiationes. Et primùm de quadrangulari aspectu, dein de triangulari, cum vtriusq; natura & viribus.

Nunc tibi Signorum aspectus proponere pergo:
Qui nil quidquã aliud sunt, quàm distantia certa
C ij Signo-
rum.

Dimidiũ
cælum su
pra sem-
per, & in-
fra esse.

Exortus &
occasus Si
gnorũ col
micus.

Acrony-
chus.

Heliacus.

Quid aspe
& Signo-
rum.

ZODIACI LIBER SECVNDVS.

Signorum inter se, aut (si vis) radiatio quædam.

Quadran-
gularis.

Ergo, si aspectus optas numerare quadratos:
Diuide Zodiacum totum per Signa quaterna:

Triangu-
laris.

Aut tria, si explorare voles fortasse trigonos.
Heic, Signum quoduis extremum, prospicit ipsum
Primum: cui socias vires committit, & addit
Ad pacem, aut bellum: veluti monstrare studebo,
Quando cælestes satagam celebrare Planetas:
Et mundi fœdus queram, litèmq; per astra.

Signorum aspectus sexangularis, siue sextilis, &
hexagonus: cum propria illius natura & viribus.

Aspectus
sexulis.

INSunt alternis passim commercia Signis,
Sextili aspectu sanctam seruantia pacem:
Si minus ex toto, saltem pro parte propinqua:
Mascula sic maribus respondent: cætera sexus
Fæminei sic se iungunt, & pacem fruuntur.
Ergo, si in senas partes diuiseris ipsum
Signiferum, aspectus fiet qui sextus habetur.

Signorum aspectus oppositus, & eius natura, ac vires.

Aspectus
oppositus.

SCis quod Signa micant variis ex partibus, vnum
Per medium mundum opposito tendentia vultu:
Septima quæque loco quauis longinqua feruntur,
Se tamen oppositè aspiciunt, viresque ministrant
Ad rixam bellumque suas, cælo vt placet alto:
Nunc Phæbo & stellis rabidas dicantibus iras:
Nunc rabiem, seuimque malum frangentibus iisdem.

Signorum oppositorum nomenclatura, cum par-
tibus anni quæ illis respondent.

HEic si fortè libet quæ sint contraria Signa
Per titulos recitare suos, sed èsq; memento

Morbi-

AUTORE ANTO. MIZALDO.

Marbiferum Autumnum florenti opponere Veri:
Et rigidæ Brumæ cerealiam tempora: dico
Libram Lanigero: Capricorno denique Cancrum:
Piscibus Erigonen: Iuuenique, Vrnæque, Leonem.
Scorpius è summo cum fulget, Taurus in imo est:
Dum cadit Arcitenens, Gemini tolluntur in altum:
Et contrà: oppositus Signorum sic meat ordo.

Signa opposita, quando, & quomodo amica, vel inimica dicenda.

Sint licet ex positu in cælo contraria Signa:
Naturâ tamen interdum sociata feruntur:
Quod sic demonstrô: Pisces & Virginis astrum,
Quamquam aduersa volent, seruant communi iura,
Et vincit natura locum: sed vincitur ipsa
Temporibus: sic tu Cancro, Capricorne, repugnas:
Fœmina fœmineo: quia Brumæ disidet Aestas.
Sunt illinc glacies, niuibûsque albertia rura:
Hinc, situs, & sudor, mortales vsque fatigant:
Sunt illinc luces minima, noctesque profunda:
Hinc, proluxa dies, ac nox breuis, & propè nulla:
Ergo, si posthac homines, aut regna videbis
Opponi, pugnare quoque, & contraria velle:
Tolle oculos sursum, nec quid mirare, patebunt
Stellato in cælo naturæ si modo prudens
Observator eris, quæ deorsum stantque, vigentque.
An non Lanigeri Signum, libræq; repugnant
Parte aliqua: non Ver, Autumnû à tempore differt?
Fructibus hîc turget maturis, floribus illud:
Hic, siccescit iners, illud, frondetque, virêtque,
Conueniunt, quod habent similes noctesque, diesq;
Temporæque efficiunt vno concordia textu:

C iij Atque

Opposita
Signa.

Signorum
quorundâ
collatiões
penes simi
litudinē &
dissimili
tudinem.

Philoso
phica &
pulchra.

Ver & Au
tumnus.

ZODIACI LIBER SECVNDVS.

Atque dies pariunt medios hyemem inter, & aſtum.

Signa dextra & ſiniſtra, ex quibus aſpectus tam dextri, quàm ſiniſtri colliguntur.

Signa priora, tibi ſint dextera, ſeua ſequantur:
Dexter Lanigero Arcitenens eſt: & Leo laeuus.
Dexter erit Taurus Capricornus, Virgo ſiniſtra.
Pisces ſunt Geminis dextri, Libra eſt quoque laua:
Id ſatis exempli, nam per te cætera diſces.

Signorum inimiciã & cõcordiã penes aſpectus, iuxta vulgatum Aſtologorum modum.

Oppoſitis Signis odium eſt: quibus iunge quadrata:
Tolle trigona, ſimul ſex angula, nam ſibi conſtant
Totã Signorum naturã, parte vel vna:
Discordant reliquã, ex vario nexũque, modoque.

Signorum Zodiaci partes, octo & viginti, à priſcis Aſtronomis Lunæ manſiones, ſiue peragrationes inſcriptæ: quarum ſupputatio ad hæc tẽpora, fideli calculo accõmodatur: cum auræ commotionibus quas cient plurimum.

Tractus
Zodiaci
oſto & vi
ginti, qui
Lunę manſiones totidem conſtituunt.
Primus.

Secũdus.
Tertius.

Luna habet in Signis octonos & decies bis
Tractus, quos peragrans, diuerſis motibus (vt ſunt
Naturæ illorum) ſeu ſpectes æra, ſiue
Acquor, tellurem, nec non & corpora noſtra,
Miris uſque modis agitãt, conturbat, & urget.
Primus, Lanigero vigena à parte, recurrit
In trimam Tauri: & ſiccus cenſetur abunde:
Inde, ſecundus abit Tauri ad ſextam decimãque:
Et paſſim Aſtronomis exponitur: humidus eſſe.
Tertius, eiũdem (lente ſatis) vltima ferme
Calcat: eique datur merito natura prioris.

Hint

Hinc petit vndecimam quartus fratrum Geminorum: Quartus.
 Quem poteris siccum, vel summo iure, vocare.
 Quintus ab hoc properans, vigenam tangit eorum Quintus.
 Cum quarta: cui temperies narratur amica.
 Sextus.
 Oſtipedis Cancris septenam sextus, & vltra
 Illinc aſſequitur, fundendis imbribus aptus.
 Septimus, eiusdem ad vigenam extenditur, atque
 Septimus.
 Temperiem (vt quidam tradunt) nebulasve miniſtrat.
 Hinc octauus adit, ſeui, rapidique Leonis
 Octauus.
 Ternam: quam siccum tempus comitarier aiunt.
 Ternus.
 Illinc, eiusdem sextam repetit, decimamque
 Decimus.
 Nonus, aquas variis ſpargens regionibus: à quo
 Nonus.
 Se confert decimus fermè ad poſtrema Leonis:
 Decimus.
 Hic vbi temperiem, vel ſiccam nuntiat auram.
 Vndecimus.
 Virginis vndecimus tenet hinc partem duodenam:
 Duodecimus.
 Siccus nonnullis, aliis humore madefcens:
 Siccus.
 Qui poſt hunc ſurgit, vigenam Virginis, atque
 Vndecimus.
 Quartam conſequitur, cui multi temperiem dant.
 Duodecimus.
 Tertius & decimus, Libræ hinc ſtraciatur aduſque
 Decimus
 Octauam: cui ſæpe dato humores mediocres.
 tertius.
 Quartus cum decimo, in vigenam proſilit illinc
 Decimus
 Eiusdem: humentem dicunt, ſiccum eſſe putamus.
 quartus.
 Mox decimus quintus ſe ad ternam porrigit inde
 Decimus
 Scorpi: qui friget ſatis, eſtq; humore moleſtus.
 quintus.
 Cum ſexto decimus, petit hinc ſextam decimamque
 Decimus
 Ipſuſmet: habetque vndas per ſæpe propinquas.
 ſextus.
 Septimus & decimus concedit ad vltima Scorpi
 Decimus
 Illinc, per crebro ſiccis comitantibus auris.
 ſeptimus.
 Inde Sagittiferi rectè meat ad duodenam
 Decimus
 Cum decimo octauus, pluuiis quandoque refertus.
 octauus.
 Hinc ad quintam & vigenam, nonus decimusque
 Decimus
 nonus.

ZODIACI LIBER SECVNDVS.

- Vigefim⁹. Se recipit: satis atque satis pro tempore siccus.
 Ex hoc, bis denus complectitur Aegocerotos
 Septenam: sudum faciens humore remixto.
- Vigefimus primus. Vigenam eiusdem vigefimus occupat atque
 Primus, profundens partim sicca, humida partim.
- Vigefimus secundus. Moxque secundus ab hoc, necnon vigefimus, vsque
 Vigefimus In ternam Hydrochoi pergit, pluuiasque ministrat:
- tertius. Ad decimam hinc sextam vigenus trinus oberrat:
 Cui dant temperiem, & paruo cum frigore Lympham.
- Vigefimus quartus. Qui seclatur eum, ad postrema recurrit Aquarij:
 Siccum nonnullis, aliis madidum aera reddens.
- Vigefimus quintus. Hinc, Pisces quintum vigenumque, ad duodenam
 Mensurant: cui sunt comites crebro vnda, madorque.
- Vigefimus sextus. Inde abit ad quartam & vigenam, sextus, abundans
 Supra vigenum, siccus, pluuiusque frequenter.
- Vigefimus septimus. Proximus in partem septenam extenditur vsque
 Lanigeri: nunc hoc, nunc illud tempus ad augens.
- Vigefimus octauus & vltimus. Octauus supra vigenum, ac vltimus, implet
 Curriculum Luna peragratis vndique Signis:
 Nam redit ad tractum ex quo primum coeperat ire:
 Hic vbi temperiem facit, ac siccum aera praebet.

ADMONITIO in praecedentia, non negligenda.

DVm Phæbe Soli, aut reliquis coniungitur astris:
 Vel valido aspectu illorum commercia quarit:
 Quales dicentur tractus quos tum peragrabit:
 Aëris expectanda venit commotio talis:
 Si stella simili de Signo, ac parte faebunt:
 Nitem causa potens aliunde obstetque, vetetque:
 Quam docti Astronomi, paruo, facili que labore
 Expedient: quod ad aspectus etiam potes omnes
 Stellarum

AVTORE ANTO. MIZALDO

Stellarum inter se, prudenti aptare Minerua.

Signum Zodiaci à quo Ver Astronomis initiatur: cum pulchra ipsius Veris descriptione ac natura.

L Aniger, ad Cancri properantem tectula Phœbum, Ver quando aufpicetur.
(Dum redit à Capro, & cōmutat frigus in æstum,)

Inter principium ascensus, finemque coerces:

Hic vbi Ver reuehit, victumque ad sidera Brumæ,

Vincere rite diem facit, & succumbere nocteis.

Tunc varios satagit flores emittere tellus:

Tunc noua gemma tumet gauido de palmitè Bacchi:

Tunc pecudum, volucrumque genus per pabula leta

Incumbit proli, & Veneri: totumque canora

Voce nemus resonat: frondemque virescit in altam:

Tunc cælum rider: tunc lapsas vsque reponit

Sylua comas: veteresque canit philomela quærelas:

Floribus ornatè crines per prata Napeæ

Deducunt choreas: Dryades, Satyræque petulci

Carmina muscosis iterant lasciuia sub antris:

Viribus in tantum cæli natura mouetur.

Signum Zodiaci à quo Aestas Astronomis initiatur, cum pulchra ipsius Aestatis descriptione, ac pictura.

P Hæbus ad ardentis veniens fastigia Cancri,

Extendit lucem summam, paruoque recessu

Destruit: & quanto hanc defraudat tempore, tanto

Prolongat nocteis, donec videat Capricornum.

Tunc æstum nobis perfert sudore molestum:

Tunc Cererem fragili properat distringere culmo

Messorum pelagus calfactis æstuat vidis:

Tunc & bella sero tractantur Marte cruenta:

Inque Canes rabiem ducuntur, & omnia feruent:

Multá-

Aestas vbi aufpicetur.

Pulcherri-
ma Aesta-
tis descri-
ptio.

ZODIACI LIBER SECVNDVS.

Multaque pro sterili conduntur tempore Brumæ:
 Aurea mala, nuces, fruges, pira, cerea prima,
 Necnon caseoli, vestes, mel, amigdala, ficus,
 Herba, flores, ligna, legumina, denique quiduis.

Signum Zodiaci à quo Autūnus iniciatur: cum
 propria ipsius Autumni descriptione ac pictura.

Autūnus
 quādo au-
 spicetur.

Libra diem socians equali tempore nocti,
 Cum primum vidit clarissima numina Phœbi,
 Et insit victas usque ad se, vincere nocteis,
 Pestiferum Autūnum miseris mortalibus adfert:
 Quo, modò frigoribus premimur, modò solvimur æstu:
 Aerēque incerto, morbis ac peste grauamur.
 Tunc Liber granida descendit gratus ab vva:
 Dulciāque expressis dessumant musta racemis:
 Tunc ad aratra boues veniunt, dum terra tepore
 Autumni resoluta patet: dum semina captat.

Pulcherri-
 ma Autū-
 ni descri-
 ptio.

Signum Zodiaci à quo Hyems auspicatur, cū
 propria ipsius Hyemis descriptione ac pictura.

Hyems
 quādo au-
 spicetur.

Horrifer, his oris, Brumã Capricornus inertē
 Per minimas stringit lucas, & maxima noctis
 Tempora: sed tamen ille diem producere tentat
 Sensim: pro Solis motu, Signique recessu.
 Tunc riget omnis ager, clausum est mare, castra sepulta:
 Tunc homines latitant, necnon genus omne ferarum,
 Frigoribus nimis cælo, terraque refusus:
 Vnde per Aestatem partis tum vite fruuntur,
 Vt formica: pigros hac passim voce lacesens:
 Aestas non aderit semper, conquirite grana,
 Dum tempus cereale riget: citò præterit illud.

Pulcher-
 rima Hie-
 mis descri-
 ptio.

Signa tria dictis tempestat, deputari.
Ipsa quoque his anni clauduntur tempora Signis:

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, tria sidera Veris:
Aestatem Cancer, Leo trux, cum Virgine complent:
Scorpius Autūnum, & duplici cum Lance, Sagitta:
Deinde Hyemi Pisceis, Capricornus, Aquarius adsunt.

Triades
quatuor
anni tēp-
statum.

Ab Ariete, siue ab Aequinoctio vernali, gentes
plerasque suum annum olim inchoast.

Quidam (si nescis) post frigida tempora Brumae,
Cum premit auratos Nephelai velleris artus
Phœbus: & imbriferū rediit Ver: oīa quādo
Floribus ardescunt: quando omnis germinat arbor,
Cum viret omne nemus, resonant dum fronde a rura
Concentu volucrum vario, pecudēsq; feręque
In venerem exultant, & amor, venit omnibus idem,
Hinc anni ingressum statuere, & limina prima.

Veris na-
tura.

A Cācro, siue ab æstiuo Solitio. gēteis plerāq; &c.

Sunt apud antiquos, qui è summo culmine cœli
Quā regnat calor, & vectores Phœbus anhelos
Sistit carceribus positus, exordia prima:
Anni surgentis fecere, ac atria prima
Nam tum flaua Ceres, necnon Pomona triumphant:
Ecce latè omniferis diuēscit mundus ab aruis.

Æstatis
natura.

A Libra, siue ab autūno. Aequinoctio. gēteis plerāq; &c.

Nonnullos dabo, qui qua brachia parte reponit
Signiferi, chelāsq; audaciū exerit, acer
Scorpius, hic, anni primos aditus statuere,
Et primam fecere viam: nam partibus aquis
Distribuit lucem, atque vmbrae Sol optimus illic:
Ac noctem paribus suspendit vbique diebus:
Adde, quod tellus prolatis fructibus, atque
Omnigenis granis, Bacchi cellaria complet:

Autūni
natura.

Vade

ZODIACI LIBER, SECVNDVS.

Vnde fluunt risus, & pauper cornua sumit.

A Capricorno, siue à Solfitio hyberno, gentes plerasque &c.

AT Numa, frigoribus per iniquum tempus (vbi ingēs
Declinat cælum, & gelidum Sol Aegerorata
Pronus adit, pronoque petit spacia vltima cursu,
Linquens Antipodum sedes, festinus & Austro
Ad Boream ascendit sinuoso calle. diemque
Auget, & obscuras nocti tum surripit umbras)
Anni principium Romanis adidit olim:
Quod tunc terra suos fœtus emisit omneis:
Atque nouos reparat, stellis, cæloque fauente.

Hyemis
natura.

Signa Zodiaci cum suis Planetis, quos ventos excitent secundum nonnullos.

Ventorum flatus variant, variantibus astris:
Ignea præcipitem Boream, & rigidissima claustra
Arctois flabra emittunt, glaciemque, niuemque:
Sape tamen vicino Aries de tramite Cauros
(Immitum Zephyro, ac Borea genus) euocat antris.
Aquea. Humida Signa etiam humentes referentia flatus
Oceani, occiduos motus, auramque Fauonij
Sollicitant: tamen & Libycis procul excita arenis
Flabra cient, Zephyro translata frequenter, ad Austrum.
Terrea. Sic plarisque Notum, terrestria Signa refundunt:
Et nimis ingrato nobis astringamine perflant:
Aerea. Ast, Eurumque, Eurique domos, Nabathæaque regna
Aeris agnoscunt, & habent tria lucida Signa:
Si Luna, & proprij conspirent rite Planeta.

Signis Zodiaci, septem mundi climata subiici,
& ascribi: proprioque ibi Planetas duces, acre-

tores

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Stores habere: quorum naturam subdita climata
plærunque referunt.

Astronomi veteres terrestria climata septem,
Signis Zodiaci tribuerunt, ordine tali:
Vrnigero primum celsû, necnon Capricorno:
Cui dux præficitur Saturnus sicus & exlex.
Cheirona & Pisces narrant spectare secundum:
Iupiter est dominus, gemmarum dives, & auri.
Tertium habere Nepam dixerunt, Lanigerumque:
Cui Mars imperitat, bellis & sanguine notus.
Quartum rite Leo prisco sibi fœdere iungit:
Pro rectore tenēs Phœbum gravitate verendum:
Taurus cum Libra quintum petiēre regendum:
Atque duce[m] Venerem, luxu, pompæque fluentem.
Iure bono sextum Geminis, ac Virgine gaudet:
Ductor Mercurius, mercis, linguæq[ue] magister:
Postremum Cancer solus sibi vendicat: atque
Agnoscit Phœben dominam, subitâ[m]que, leuē[m]que:
Qualis erit rector, subiectos credito tales.

Signis Zodiaci, ac itē Planetis, certas orbis ter-
rarum regiones subiici. Ex quo, tot & rerum, &
figurarum varietates, ac particulares propieta-
tum distributiones emergere solent.

Rite Deus mundum in parteis diuisit, & astra
Cuique dedit parti cum summo iure: talique
Vt terras alias aliud sibi vendicet astrum:
Scilicet hinc varium genus est hominum, variaq[ue]
Leges, & varia mentes, variaq[ue] figuræ:
Adde sonos totidem vocum: totidem insere linguas:
Et mores pro sorte pares, ritisque locorum:
Adde genus varium, simili sub semine, frugum:

Et Cœcerem

Vnde tâta
varietas in
rebus hu-
manis, &
naturæ.

ZODIACI LIBER, SECVNDVS.

Et Cererem varia redeuntem messe per orbem:
 Ac Bacchum grato dantem sua munera gustu:
 Atque alias aliis fundentem collibus vnas:
 Adde feras, variis genitas formisque, locisque:
 Necnon & gemmas, & fructus, atque metalla:
 Quæ varias vireis retinent, variisque colores.

Ex quo, crediderim rectè scripssisse vetustos,
 Quòd cælum passim producit, non ager: & quòd
 Inferiora vigent radiis moderata supernis,
 Ac proprium sidus sortitur qualibet ora.
 Scilicet hinc omnes terræ, non omnia possunt:
 Atque hinc sunt segetes, ibi cinnama, pascua, flores,
 Arborei fœtus alibi, lapidésque feræq̃.
 Nam cælo natura subest, cælo omnia parent.
 Ergo, sunt ascripta locis variis, varia astra.
 Lumine quæ & motu moderantur subdita, quorum
 Ista tibi paucis dabitur numeratio prisca.

Pulchra,
 & notatu
 dignissi-
 ma.

Signo Arietis subditæ regiones, ex priscorum
 nomenclatura.

L Anigerum in primis veneratur tota Propontis,
 Et Syria gentes, & laxo Persis amictu:
 Necnon Aegyptus, cui hærentes iungito terras.

Signo Tauri subditæ, &c.

Taurus habet Scythiæ tractus, Asiæque potentem:
 Et mollis Arabas, Iudæa ditia regna:
 Necnon & Cyprum, ac genteis, vrbesque propinquas.

Signo geminorum subditæ, &c.

Exinus pontus Scythicas sinuatus in oras,
 Sub Geminis te Phæbe colit, Gangésque profundus:
 Quæis loca connumera vicino limite iuncta.

Signo

AUTORE ANTO. MIZALDO

Signo Canceri subditæ, &c.

Ardent Aethiopes Cancro, quibus est calor ingens:
Quod color ipse docet: substernitur India Cancro.

Signo Leonis subditæ, &c.

TE metuende Leo Phryx suspicit: atque pauescit
Cappadocum, Armeniaq; iugis Bithynnia diues:
Te timet & Macedum tellus, quæ victrat orbem.

Signo Virginis subditæ, &c.

Virgine sub casta celebris terræque, marique
Est Rhodus, Ioniaq; vrbes, & Dorica castra:
Arcades antiqui, celebratæque Caria famâ.

Signo Libræ subditæ, &c.

Hesperiam modò Libra tenet (quâ condita Roma)
Nec non vicinas gentes, populosque propinquos:
Ac Libyam, Aegyptique latus, cognatæque regna.

Signo Scorpj subditæ, &c.

Thyrhenas arceis tutatur Scorpj: vnam
Sardiniamque regit: fusasque per aquora terras.

Signo Sagittarij subditæ, &c.

Gnosia Centauro tellus circumdata ponto
Paret: Trinacriam socio sibi fœdere iungens:
Quam sequitur Crete, sub eodem condita Signo.

Signo Capricorni subditæ, &c.

TCapricorne tenes, quidquid sub Sole cadente
Est positum: gelidamq; Helicem quod tægir: adoptas
Hispanos, celebresque animis, ac corpore Gallos.

Signo Aquarij subditæ, &c.

Vndas effundens iuuenili corpore Signum,
Cum Tyriis, Cilices, & proxima regna gubernat.

Signo

ZODIACI LIBER SECVNDVS.

Signo Piscium subditæ, &c.

Piscibus Euphrates seruit, Parthique fugaces,
Et Tigris, & rubri notissima litora Ponti.

ADMONITIO.

SI quis plura volet, poterit percurrere solers,
Quæ sunt à nobis in libro scripta secundo,
Quem nuper dedimus de visis crebrò Cometis:

Vide librū
2. Come-
tographiæ
nostræ.

Illic persequimur regiones, oppida, & vrbeis,
Quæ cuius parent Signo, vt sensere periti.

Signorum triplicitates fœdere tacito, cœlestia de-
creta omnibus regionibus quas subiectas habent
ex æquo cōmunicare. Adhęc, regiones regionibus,
vt Signa Signis alicubi conuenire, alibi dissentire.

SIc diuisa manet tellus per singula Signa:

A quibus in proprias terras sunt iura trahenda:
Namque eadem, quæ sunt Signis, commercia seruant:
Vtque illa inter se coeunt, odioque repugnant,
Nunc aduersa sibi, nunc & sociata decenter,
Sic terra terris, arua aruis, vrbeis vrbes
Discordant, pugnant, sociantur, conueniuntque:
Hinc erit & sedes fugienda, petendæque cuique
Hic modò, nunc alibi (vt Signum natale docebit)
Hic quærenda salus, & ibi metuenda pericla:
Nam quod inest terris, cœlo descendit ab alto.

Philoso-
phica &
summè no-
tanda.

Signorum Zodiaci decreta (vti etiam Planeta-
rum) ob regionum situs, ac naturas, plerunque
impediri ac mutari. Ex quo, varia locis variis
conceduntur, aliis negantur.

NE spernas terræ positus, ac flumina: & ipsos
Aspice arenosi tractus maris: aspice monteis
Montibus

AUTORE ANTO. MIZALDO.

Montibus impositos, & declinanti a in imas
Conualleis loca: & aeris superindita saxis
Oppida: non idem obtutus, posituræque cæli
Omnibus est eadem: nec Sol bonus omnibus idem:
Non similis natura soli, non ætheris aura.

Hinc variant mores, & variat natura locorum:
Et tempestatum motusque, vicesque per orbem:

Vnde fit, vt pluuia nostrates, nix alibi sint:

Atque niues grandæ, tonitru ventus, pluuiaq;

Insuper agricolæ hic, nautæ illic, armigerique,

Insignes alibi aurigæ, rabulæq; forenses

Vere nascantar: cæloque, soloque fauente:

Et sic de reliquis, ne sim narrando molestus.

Signa Zodiaci hominum membris attributa: &
quando morbos, aut vitia portendant.

VT terras alias aliud sibi vendicat astrum,

Sic alias aliud de nostro corpore parteis,

Quodcunque id fuerit Signum, sibi iure reposcit:

Vnde Aries capiti, Taurus cernicibus hæret:

Brachia sunt Geminis: censentur pectora Cancro:

Testomachus Nemeæ vocat, tæque ilia Virgo:

Libra colit clumeis, & Scorpius inguine gaudet:

Arcitenens femore: & genibus Capricornus: aquarum

Fusor habet crura: & gemini vestigia Pisces.

Si malè fortunatus erit, languensue Planeta

In Signis istis, membrum quoddam subditur, anget

Morbo, vel vitio, reliquis testantibus, vt fert

Ars: quâ sub cælo non est diuiniore vlla:

Sit modò circum spectè tractata, atque peritè,

Et non indocto lucrandi turpiter ausu.

Sed satis hæc, & fortè nimis: nunc scribere restat,

D

Quos

Locorum
positiones
& situs cū
cælo ne-
gligi non
debere.

Partes hu-
mani cor-
poris Sig-
nis depu-
tata.

ZODIACI LIBER SECVNDVS.

*Quos mores animis nascentum Signa refundant:
Ne tibi me quidquam dicas voluisse negare:
Qui prodesse, fauere, iuuare, ac vtilis esse
Optavi semper: nec non cœlestia certos
Vsus ferre tibi, & gratis dare commoda mille:
Id quod præcipuum (cum multis) arbitror esse:
Non solum in rebus cœli, sed qualibet arte.*

FINIS LIBRI SECVNDI ZO-
diaci, siue Hortuli duodecim Signo-
rum cœli Autore Antonio
Mizaldo Monluciano.

LIBER TERTIVS ZO-
diaci, seu Hortuli duodecim Signo-
rum cœli, Autore Anton. Mi-
zaldo Monluciano.

Signa Zodiaci, suam pacem, suâque bella habe-
re: quemadmodum homines qui sub illis nascun-
tur: vbi de trigonorum conciliatione, & contrâ.



*P*ax est, vt monui, Signis, & pri-
sca quevela:
Quam sequitur mundus, qui cœlo
seruit vbiq̃ue:
Ergo, si cognata cupis dignoscere
Signa:

Et quid habent commune sub his fœtus bene nati:
Lanigeri partum proprio coniunge trigono:
Cui fœdus socium sociali tradito lege:
Simplicior tamen est Aries, meliôrque Leone:
Qui sub te natos etiam, ô Centaur, libenter
(Præsertim qua parte refers hominem) colit, atque
Prosequitur: namque est natura mitius astrum:
Expositumque suæ noxæ, sine fraude, dolôque:
Nec minus ingenio molli, quam corpore constans:
Est alius feritas ingens, prædæq̃, cupido:
Venalisque animus, qui sepe excedere cogit
Commoditate fidem: nec longa est gratia facti.
Est vbi Lanigeri partus cum fratre trigono
Non gaudet, sed crebra gerit pro tempore bella:
Quod feritas vtriusque parit, compellit, & instat:
Plus tamen in duplici tribuendum roboris esset

Signa ig-
nea quo-
modo in-
ter se con-
ueniant, &
dissentiat.

Hæc sunt
diligenter
adnotâda.

D ij Cui

ZODIACI LIBER TERTIVS.

Signa ter-
rea. Cui commixtus homo est, quàm te, Nemeæ, sub vno.
Quinetiam Tauri Capricorno iungitur astrum:
Sed raro sub eis coeunt ad fœdera mentes:
At, qui Virgineos partus quocunque creabit
Tempore, Taurinos amplexabuntur vbiq̃ue:
Quosque ferunt Chelæ: & quos mittit Aquarius ortus,
Vnum pectus habent, fideique immobile vinclum.
Magnus erit Gemini: amor, & concordia summa:
Magnus & in multis erit hinc successus amicos.
Scorpius, & Cancer fraterna in nomina ducunt
Signa
Aerea. Ex semet genitos: necnon & Piscibus orti
Concordant: illis sed sæpe est subdolos astus.
Scorpius aspergit noxas sub nomine amici.
Signa
Aquea. Quis porro in lucem Pisces venientibus adsunt,
His non vna manet semper sententia cordi:
Commutant animos, interdum & fœdera rumpunt:
Ac repetunt, te tæque lues sub fronte vagantur.
Sic erit ex Signis odium tibi, paxque notanda:
Vnde tam
varia stu-
dia, & vo-
luntates in
hominib⁹ Necnon dissimiles, similisque per omnia sensus:
Hinc multos cernes (modò non sis fungus, & infans)
Qui quosdam affectant, alios fugiuntque, timèntque:
Horum odio, istorum contrà ducuntur amore:
Illis insidias tendunt, captantur ab illis:
Fratri bella gerunt, aliena sede creatis
Coniunctos animos tradunt, seruântque per æuvm.

ADMONITIO in iam dicta.

Hic tutum non est solis insistere Signis:
Contemplare locum cœli, sed èmque τὸ λαμβάνειν
Et quo se Signa aspectu videântque, petântque:
Nam sua quadrato, veniunt sua iura trigono:
Et qua per senos decurrit virgula tractus,

Quaque

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Queque secat medium transuerso limite cælum,
Huic modo dat firmam pacem, modo detrahit illi.
Tere liqua Astrologi, vel me reticente, docebunt.

Signa mobilia, quæ studia, quæve artis & sensus
natis sub se conciliant.

Signa quoque in fausto sese spectantia vultu,
Mobilia Astronomis vulgari nomine dicta,
Dant varias animorum artis: nam prædita motu
Quæque cito, celeres sensus, agitataque longè
Ingenerant studia, & penetrabile mentis acumen:
Atque habiles ad laudem homines, ciuiliâque acta
Accendunt: quos cura Deum, & solertia cæli
Permultum quandoque iuuat: sepe his furor ille
Faticinus mentis ornat, panditque futura.

Nati sub
Signis mo-
bilibus.

Signa fixa quæ studia, quæve &c.

Et curas animi tacitas, frontemque seueram,
Ac graue consiliis pectus rigidumque, tenâxque
Iudicium, & non fictum verba sonantia verum,
Fixa dabunt: eadem argenti que, eadem emula honorum
Fomenta adiiciunt multis: hinc densa clientum
Agmina delectant: hinc & certamine in omni
Peruicisse volunt: commentâque pectoris, acris
Exponunt studio, atque operâ per agenda tenaci
Complent: queis defixa manet sententia cordi.

Nati sub
Signis fi-
xis.

Signa communia quæ studia, &c.

Quæ docti Astronomi vocitant communia Signa,
Instabileis reddunt animos, sensusque vagantibus
Alternant: nil certum vnquã variantia corda
Insequitur: non firma quidem est sententia: verum
Mens habilis: resque ad varias versatilis pectus:

Nati sub
Signis co-
munibus.

D ij

Nunc

ZODIACI LIBER TERTIVS.

Nunc amor, atque Lyræ studium, somnūsque, Venūsque,
Ociāque, ignavos reddunt, & pectore molli.
Sunt quandoque tamen rebus cœlestibus apti:
Ac musis scribunt, & Phœbo carmina digna.

Signum Zodiaci quodlibet, quas arteis particu-
latim, de propria natura ac imagine seorsum a-
gnoscat, & natis sub se, occultè conciliet.

Genethlia
logica bre-
uissima.

C Vrabit lanas Aries, ac Taurus aratra:
Et Gemini musas: merces bene Cancer amabit:
Nasceturque Leo venator: Virgo magistra:
Libra potens veniet mensuris: Scorpūs armis:
Centaurūsque feris: cursu Capricornus: & vndis
Fusor aquæ: gemini gaudebunt æquore Pisces.
Notandū. Si mixta in plureis sociantur sidera vireis,
Tunc alias arteis tribuunt: pro lege, modoque,
Mixture: quibus adiunges ex arte Planctas.

Signa cœli, & stellas, suas habere eclipsis, & lu-
minum actionūmq; ad certum tempus interce-
ptiones. Quod res mundi huius inferioris, quæ
ab illis pendent, experiuntur ac sustinent.

A Ccipe nunc etiam paucis, ecliptica Signa
Cœli: quæ certos quasi declassata per annos,
Nonnunquam cessant sterili torpentia luce:
Scilicet in toto nihil est durabile mundo:
Perpetuūque gerit vultus, vñūque tenorem
Seruat: & in simili se præbet imagine semper.
Nunc fœcunda suis subsistunt frugibus arua:
Nunc solitas renuunt fructus, luduntque labores:
Rursum, quæ fuerant steriles ad semina terra,
Post, noua sufficiunt nullo mandante tributa,
Atque iterum in semet redeant: sic tempore certo

Signa

Signa suis spoliata iacent virtutibus, atque
Lumine priuantur, rursus illustrantur eodem:
Hoc patet in Luna (dum verè deficit) igne
Orba sui fratris, noctisq; immersa tenebris:
Cum medius Phœbi radios intercipit orbis
Terrarum, impediens ne tanta luce fruatur,
Nec trahat ad sese lumen, quo lucida fulget
Cynthia: quæ propter fusco velatur amictu:
Et mundi sursum nigro flet damna colore:
Certè hîc Signa suo pariter cum sidere languent:
Ac solitum ponunt pullata fronte vigorem:
Et veluti extinctam Phœben in funere lugent:
Quam vicina gemunt etiam, cognatæque Signa:
Et quæ sunt illis ex ordine strata deorsum:
Tantum conspirant cum summis infima semper.

Eclipsis
Lunæ.

Affectis su
perioribꝰ,
inferiora
affici.

Signum Arietis in alicuius natiuitate ascendens,
vel Horoscopum constituens, quid plurimum si-
gnificet per curriculum vitæ nati. Adhęc, quos il-
li mores, & quæ studia appingat.

Nunc tibi diuersos mores, legesque, norasque,
Ac studij motus varios ex ordine pandam,
Quos Signum quodcumque dabit nascentibus, ipsum
Si ascendens teneat labentis tempore partus.
Ergo, vbi se summis Arias extollit ab undis,
Et ceruice prior, flexis quoque cornibus exit,
Qui tum nascetur, vitæ ali lumine gaudens,
Non contenta suo gestabit pectora sensu:
Ac dabit in prædas animos, soluetque pudorem:
Ingenteis nunc diuitias cumulabit, opumque
Proferet vudente riuos: nunc rursus in arctam
Pauperiem miser excurret: nam sideris huius

Natorum
sub Ariete
pictura.

D iij Est mutare

ZODIACI LIBER TERTIUS.

Est mutare viceis, alternaque fata referre:
 Insuper, ignotum faciet transire per orbem:
 Scrutari que nouum pelagus: totius & esse
 Orbis in hospitio: testis tibi Laniger ille,
 Qui vitreum findens aurato vellere Pontum,
 Orbiumque sua Phryxum per fata sorore
 Phasidos ad ripas, & Colchica terga reuexit.
 Mittet & in vulgum sic natus, mille per arceis
 Vellera, diuersos ex se parientia questus:
 Præterea discet (nisi quis pugauerit illi)
 Conglomerare rudes, nunc rursus soluere lanas:
 Ducere nunc telas, & textas vendere vesteis.
 Astrologi reliqua exponunt: quos consule solers:
 Propterea quod habet cælum sua condita sacra:
 In qua non promptè quinis penetrabit a fellus.

Pro hisvi-
 de Argo-
 nautica.

Lanifici,
 & textor-
 es.

Signum Tauri in alicuius natiuitate ascen-
 dens, & c.

HI quos prima vident nascentis sidera Tauri,
 Semina mandabunt terris, & segnia rura
 Vomere proscindent: soluentq; in puluere pectus
 Prudens: nonne suo Dictator venit aratro?
 Illa eadem facient, maiorum natus ut omnis
 Perdat opes: sed eas longo post tempore, & ipsos
 Successus rerum amplificat: semperq; superbum
 Prostermit (si quis contrà surrexerit) hostem:
 Verùm scæmineos gignit, iustissima causa est
 (Si modo per causas cælestia querere fas est)
 Auersus venit in cælum, diuesq; puellis
 Pleiadum est Taurus: redolens muliebria passim.
 Addam, quod Veneris domus est, soliumq; Dianæ:
 Fæminei sexus quibus est data cura supernè.

Natorum
 sub Tau-
 ro pictura

Cur Tau-
 rus scæmi-
 neos gignit.

Signum

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Signum Geminorum in natiuitate ascēdens, &c.

COelestes Gemini concordi sœdere iuncti,
Nonnullos natis ineunte atate labores
Portendunt: tamen haud illis pia cura parentum
Defuerit: nec blandus amor, nec amica voluntas:
Artibus imbutos decorant, sociantq; fideli
Principibus studio, quibus inservire laborant:
Arma procul, lituosque volunt, ni concitet ardor:
Inueniunt & in astra vias, numerisq; modisq;
Exornant artēis: labor his fit mira voluptas.
Cantus præterea, modulataq; vocibus ora,
Ac docti calami, necnon lætissima verba
Sunt cordi: ludiq; placent, placet insuper ingens
Discendi desiderium, ni accederet vna
Impar natura ingenio: tamen artibus apta.

Signum Cancrī in alicuius natiuitate ascendens, &c.

Migrans è claustris maternis partus in auras,
Si restudineus prætendit brachia Cancer:
Illi diuino promittit munere multa:
Diuitiæ primum ingentes, & copia rerum
Vndabit variarum, ac latis prædia campis
Sufficient latam Cererem, Bacchumq; fluentem.
Porro, nobilitas, & claris insula vittis
Conferet insignes titulos, magnoque fauore:
Nonnunquam insidias cognati, ac sanguinis iram
Nuntiat, aduersosque inimica mente propinquos:
Ac varios tribuit quæstus, artēque lucrorum:
Merce peregrina victum captare per vrbeis,
Atque per ignotas commercia iungere terras,
Et rerum pretio subitos componere census
Cogit: zelotypos faciens, sœuosque maritos.

Natorum
sub Gemi
nis pictu-
ra.

Mathema-
tici, poë-
tæ, & mu-
fici.

Natorum
sub Cæcro
pictura.

Mercato-
res, & in-
stitores.

Signum

ZODIACI LIBER TERTIVS.

Signum Leonis in alicuius natiuitate ascendens, &c.

Natorum
sub Leo-
ne pictura

CVi Leo vel primus rutilo fulgebit Olympo,
Magnus erit: celebrisque feret praconia fama:
Fascibus incumbet, multumque inhabit honori:
Ac fiet diues, vigili, summoque labore:
Atque nouas pugnas, necnon noua bella per orbem
Inueniet: spoliis viuet, viuetque rapinis:
Ingenium ad subitas iras, facileisque recessus
Componens: sed erit sententia pectore firma:
Ille parente carens, & natis, quas habet amplas
Non legabit opes: sublatus forte veneno,
Aut casus gladio, subita vel morte vocatus.

Morte re-
pentina
sublati.

Signum Virginis in alicuius natiuitate, &c.

Natorum
sub virgi-
ne pictura

SI dabit illustris Virgo incunabula vitæ:
Hæc quamquam duros sub prima ætate labores
Promittit: tamen in melius conuersa, beata
Cana senectutis largitur tempora natis:
Quos, & sacra Deum decorabunt: hisque fauebit
Vel decus ingenio partum, aut præstantia lingua:
Artibus aut variis excultum pectus ad vnguem:
Aut tabula extrema, aut merces peregrina, fortunæ.
His amor, his studium est recti, & vetus illa priorum
Simplicitas: his cara fides, pectusque Deorum
Nitens præsidio: his fient insomnia vera.

Ingenio-
si, & pi-
ctores.

Quid petis hæc vlti? Virgo castissima, mentem
Artibus exornat: nec tam compendia census,
Quam causas, viresque monet perquirere rerum.
Pictores fingit famam super æthera notos:
Necnon doctores legum, scribasque disertos,
Et miræ artifices: queis præset littera verbum:
Quique notis linguam superent, cursumque loquentis.

Signum

AVTORE ANTO. MIZALDO.

Signum Libræ in alicuius natiuitate ascen-
dens, &c.

Sub Libra nati, nonnunquam pondera tractant:
Annonamq;, vnguentaque, nec non munera Bacchi:
Sed variat fortuna, modo mutabilis omni:
Nam lasciuum animum mores, & auara cupido
Insciunt: non est cordi sententia firma:
Splendida nec raris exurgit gloria factis:
Nunc aduersa fori disturbant iurgia: mille
Nunc lites, atque immeritis certamina caussis.
In summa, nati sub Libra robore mentis
Sese confirmant: alios vincuntque ferendo:
Diuorumq;, loca, & sanctissima templa frequentant.

Religiosi,
& patientes.

Signum Scorpij in alicuius natiuitate ascendens, &c.

Quævis vite primam nascendo porrigit horam
Scorpius, ac huius referat clausa ostia lucis:
Arteis inducit miras, & mentis acumen
Eximium: verum ira ingens, & pectoris astus,
Ac varij exagitant motus: multumq;, fatigant
Aduersa, & tamen hos fœlicia fata, potensque
Euentus manet: ac sobolis iucunda propago.
Atque vtinam non & patria tellure relicta,
Externas querant vrbeis: nec prima sepulchro
Pignora dent: pro illis magnos subeantque labores.
Scorpius (vt paucis verbis tibi plurima claudam)
Ad bellum ardentis animos, & martia corda
Efficit, ac suso gaudentem sanguine natum,
Nec præda, quam cede magis: cumq;, optima passim
Pax agitur, volat ad sylvas, & lustra ferarum:
Atque hostem sibi disquirat, cum bella quiescunt:
Expolians, iugulans, inuadens, atque trucidans.

Natorum
sub Scor-
pio pictu-
ra.

Bellicosus,
graffato-
res ac py-
rata.

Signum

ZODIACI LIBER TERTIVS.

Signū Sagittarij in alicuius natiuitate ascen-
dens, &c.

Natorum
sub Sagit-
tario pi-
ctura.

IN cælo Cheiron quoties fulgentia primus
Ora effert, quicumq; nouas in luminis auras
Prodierit, quantum pelagi, & quot flumina obibit?
Quot terra errantem excipient? quot perferet hosteis?
Et tamen insperata etiam patrimonia adibit:
Publicaq; insigni geret ille negocia cura:
Ingenio bonus, atque artis edoctus honestas:
Errores porro varios, hostemq; potentem
Indicat: insidiisq; & multa pericula vitæ:
Nonnunquam satagit celeres emittere currus:
Ardentis & equos ad mollia ducere frena:
Ac latis armenta sequi pascentia campis:

Animaliū
rectores,
ac ferarū
domito-
res.

Quadrupedum omne genus possitis domitare magistris:
Exorare Tygres: rabiemque auferre Leoni:
Cumque Elephante loqui: tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad spectacula molem:

Quippe feræ mixtum est hominis per sidera corpus:
Viq; intenta gerit curuato spicula cornu,
Sic venatores fingit, doctosque sagittæ:
Ac nervos tribuit membris, & acumina cordi:
Motus perceleres, & vix lassabile corpus:
Pectora clara mouens, bello, magnisque triumphis
Conspicuum, patrias victorem ducit ad ædis:
Qui nunc constituet, nunc condita mœnia vertet.
Quandoque, Arcitenens libris largitur, & arte
Cogere sub numeros verba, atque innectere chordis:
Medici, & Noscere plantarum vireis, vsusque medendi:
chirurgi. Et curare manu vulnus, verbisq; lenare:
Ac sedare animos, & vincere dura ferendo.

Signum

A V T O R E A N T O . M I Z A L D O .

Signum Capricorni in alicuius natiuitate ascen-
dens, &c.

Quem Caper exoriens nascentem respicit, ille
Rem faciet: cumulat opes: sed sponte per orbem,
Visendi studio allectus, discurret abunde:

Natorum
sub Capri
corno pi-
ctura.

Hunc amor in teneras stimulabit crebrò puellas,
Ac dabit imperiis dominae: verùm arida postquam
Deserit sitis, & longè exsatiata libido,
Languabit, multis odiis, ac verberè tundet:

Hypocri-
tæ.

Huic mens tecta nimis premet altum corde dolorem:
Exteriùs monstrans aliud, quàm pectore claudat:

Vt tamen imponat populo, per templa frequenter
Errabit, superos simulata voce fatigans:
Nec satis hoc, Capricorne, homines perducis ad arteis
Ignis: nam quidquid nostros emittit in vsus
Vulcanus, posciturque nouas ad munerà flammæ,
A te procedit: scrutari occulta metalla,

Ferrarij
fabri, far-
tores, & a-
lij.

Depositas & opes, terræq; inquirere venas
Ostendis: quidquid carbonibus vsque paratur,
Quidquid & argento conflatur, quidquid & auro,
Hoc tibi de prisco deberi iure fatemur:

Tractas præterea seruentibus æra caminis:
Addis & in vesteis studium, mercemque fugacem:
Sed tibi sordities propria est, inflat. que sæpe
Mens stupet, & rerum obscura caligine pendet.

Signum Aquarij in alicuius natiuitate ascendens, &c.

Si quis habere cupit partum docilemque, probumq;
Is debet nasci cum primus Aquarius exit,
Occani linquens vndas, terramque salutans:
Namque bonas arteis solers tractabit: opesque
Inde sibi multas, fidusque parabit amicos:

Natorum
sub Aqua-

Atque

ZODIACI LIBER TERTIVS.

rio pictu- *Atque suis illinc meritis, magnoque fauore*
 ra. *Iunget amicitias primorum ex vrbe virorum:*
Munera quinetiam scriptis commissa tabellis,
Siue Deum in templis diuina negocia curans,
Sentiet inuidia vulnus, liuentiaque arma:
Hinc, & opes perdet, quas forti pectore fretus,
Ingenij donis, facili ratione reponet:

Piscato- *Cognatas etiam largitur Aquarius arteis:*
 res, & a- *Venari pisceis, vndas inducere terris:*
 quaru cu- *Ac varios fabricare lacus, & querere fonteis:*
 radores. *Paucis, quidquid aqua prestant, hoc prestat & ille.*

Signum Piscium in alicuius natiuitate ascendens, &c

Natorum *Ille vnus, quem caeruleo de gurgite Pisces*
 sub Pisci- *Nascendo aspicient, Orientis in arce locati,*
 bus pictu- *Ignotas vrbeis viset: longumque vagatus,*
 ra. *Notescet peregre externis nouus aduena terris.*
Quinetiam ingenioque valens, ac arte, per orbem
Magno erit in precio nonnunquam (forte parente
Agresti natus) quo fiet, clarus vt ille
Ad maiora gradu conscendat munia certo:
Vix tamen inuidiam fugiet: quam franget, apertum
Vlciscens hostem facile, atque ex ordine, quemuis.
Interdum Ponti studiis capietur: amabit
Quidquid & in proprios pelagus desiderat vsus:
Fluminaque, ac portus mundi perquiret, & orbem
 Nautæ & *Vndis lustrabit: connectens sidera Ponto:*
 hydro - *Cognoscet ventos, naualiaque arma, scietque*
 graphi. *Huc modo, nunc illuc caligine vertere clauum:*
Ac franare ratem, fluctibusque effindere canos:
Et placidum ductis cucurrere retibus aquor:
Littoribusque suis populos exponere captos.

Signa

AUTORE ANTO. MIZALDO.

Signa Zodiaci humanos facientia, & contrâ, &c.

Humanum Signum quotquot nascentibus, vltro
Ascendet, claros humanis moribus, atque
Mansuetos reddet: si brutum, siue ferinum
Difficiles, rigidos, tristes, sauos, & agresies:
Et qui cum paucis, quàm multis viuere malint.
Quod nunquam faller, si cæli rex, dominusque
Natalis, Signo in tali spectabitur esse:
Cætera de nostra disces quandoque Mathesti.

Admonitio in præcedentia, & hæcenus scripta:
quæ pro conclusione haberi potest.

Quisquis es, ô Lector, qui fructum carpere gestis
Ex his, te paucis iterumque, iterumque monebo,
Maturè vt videas labentis tempore fœtus
Signum quod scandit: nec non dominumque, ducemque
Illius: quis sit cum quo miscetur, agitq;
Fœlix, infœlixne suo circumuolet orbe:
Ex quo deinde loco præsit, noceatue: quis hospes,
Quam teneat sedem, cuius sit cardinis: ad des
Et reliqua innumera à priscis descripta: tibiq;
Vt fructum faciant gratis concessa, Deorum
Munere: quos curare hominum res, credere par est.
Plurima que restant scitu dignissima, paucos
Expediam ante dies: modò doctos ista probasse
Audiero: quæ si posse placere, est gloria summa.

FINIS LIBRI TERTII ZO-
diaci, & vltimi, autore Antonio
Mizaldo Monluciano.

Hęc vide-
ant Ge-
nethliolo-
gici.

Res nō fa-
cilis velle-
feriō ex a-
stris philo-
sophari:
quod ani-
maduer-
tant impo-
stores ali-
quot.

ALBERTUS MAGNUS

De animalibus
De vegetabilibus
De mineralibus
De meteoris
De generatione animalium
De corruptione animalium
De vegetabilibus
De mineralibus
De meteoris
De generatione animalium
De corruptione animalium

De animalibus
De vegetabilibus
De mineralibus
De meteoris
De generatione animalium
De corruptione animalium
De vegetabilibus
De mineralibus
De meteoris
De generatione animalium
De corruptione animalium

De animalibus
De vegetabilibus
De mineralibus
De meteoris
De generatione animalium
De corruptione animalium